- 145–148 *Atqui ... Budaeus* There appear to be no such requests in Gul. Budaeus, *Epistolae* [Latinae et Graecae], Paris, Jod. Badius, [1520]. Nor is there any mention of such requests made by Budé or Poncher in Allen or in: *La correspondance d'Erasmus et de Guillaume Budé*, traduction intégrale, annotations et index bibliographique par M.-M. de la Garanderie, Paris, 1967, or in Rice, *Prefatory Epistles*.
- 146–147 *Stephanus ... Parisiensis* See this apologia, n. ll. 760–761.
- 148–149 *nunquam ... probares* This is not correct, in light of Ep. 445, from Thomas Grey to Erasmus, Paris, 5 August 1516, ll. 31–49. In this letter, Thomas Grey writes that Lefèvre sends his compliments to Erasmus but that Lefèvre himself is too ill to write or dictate. Grey here also mentions that Lefèvre always speaks of Erasmus with esteem. Furthermore, he remarks that Lefèvre does not mind Erasmus correcting him, that on the contrary, he was even quite grateful, since Lefèvre himself had already noticed some errors in his commentary of 1512 before Erasmus had pointed them out in the *Nov. Instr.* Lefèvre, he continues, would also have published corrections of such errors if Erasmus had not anticipated him. It is remarkable, however, that in August 1516 Lefèvre spoke favourably about the *Nov. Instr.* and then shortly thereafter (that is, between November 1516 and 10 July 1517; see the present apologia, n. l. 14), in the second edition of his translation, paraphrase and annotations of Paul's epistles, he spoke so depreciatingly about Erasmus.
- 151 *gravioribus studiis* Erasmus probably means to say that at that time he thought that Lefèvre had returned to his earlier activities. Lefèvre enjoyed the fame of having opened up the true Aristotle by means of translations, commentaries and analytical studies. See G. Bedouelle, *Lefèvre d'Étaples et l'intelligence des écritures*, Geneva, 1976, pp. 28–36. Cf. this apologia, ll. 103–107.
- 151–152 *hac ... aeditione* The second edition of Lefèvre's *S. Pauli Epistolae XIV*, published between November 1516 and July 1517, see the present apologia, n. l. 14.
- 152 *sesquiannum* The book cannot have been in circulation for a year and a half without Erasmus knowing of it. Erasmus had too many contacts within humanist circles, where much attention was paid to publications concerning the study of Scripture, to be ignorant of the book for such a long time. So *sesquiannum* is a rhetorical exaggeration. Possibly Erasmus here mentions the period of eighteen months to allude to the fact that Lefèvre's second edition had been antedated; see the present apologia, n. l. 14.
- 152–153 *per omnes regiones* Cf. Ep. 778, from Erasmus to William Budé, Louvain, 22 February <1518>, ll. 82–84: "... quid me facere voluisses, posteaquam ille libris per orbem terrarum diuulgatis me tot atrocissimis dictis impetisset, blasphemiaeque et impietatis publicitus reum ageret?" and *ibid.*, ll. 164–167: "Neque spes est rem tectum iri posse, cum illius volumina iam per Hispanias, Gallias, Italiam, Germaniam ac Britanniam passim obambulent, ut iam nec illi sit integrum premere quod scripsit, neque mihi dissimulare defensionem." Cf. on the other hand Ep. 794, from Erasmus to Peter Barbirius, Louvain, 6 March 1518, ll. 40–41: "Passim mihi gratulantur Gallum deuctum Germani, Itali et Angli ..." Ep. 778 is dated 22 February and Ep. 794, only two weeks later, 6 March 1518.
- 154–155 *dedecus ... ultimus* *Iuv. Sat. X*, 342.
- 156 *caudam trahens* "made a fool behind my back", *Hor. Serm. 2, 3*, 53.
- 157–158 *bibliopola ... literatus* Cf. this apologia, n. l. 23.
- 159–164 *In ... bellum* For the imagery, cf. this apologia, ll. 27–33. In flagrant contradiction to the present apologia, ll. 163–164 (and ll. 39–40), Erasmus is now suggesting that Lefèvre had slyly plotted an unexpected attack, probably because Lefèvre had not first mentioned his criticisms by letter, but published them immediately in his *disputatio* (appendix IV) accusing Erasmus of *impietas* (appendix IV, ll. 132–136). Erasmus pretends that he himself did warn Lefèvre by letter about his criticisms of Lefèvre's work, see this apologia, ll. 134–136, 139–144 en ll. 148–149 and nn. Cf. Ep. 784, from Erasmus to <John Fisher> <Louvain>, <c. 5 March 1518>, ll. 37–39: "... cur non potius Fabro indignantur, qui amicum ex insidiis tam atrociter lacessierit, quam mihi qui me clypeo tantum defendo, non repeto telis, quod communi certe iure poteram?"
- 167–177 *Verum ... mentionem* Erasmus here suggests that Lefèvre himself had antedated his second edition to create the semblance of originality. If Lefèvre's work was actually published as early as 1515, he could not have taken

170 Frobenii anno ab orbe redempto MDXVI, tua annum habeat MDXV. Si prior est tua aut si aequalis, quo modo meam citat? Si posterior, quo cursu nostrae anteuertit, quae prior a linea discesserat?

175 Quod certe aut typographorum errore factum sit oportet, qui, quum crebro peccent, faciunt vt nostra quoque commissa probabiliter in ipsos reiiciamus; aut tui studiosus quispiam anteuertendum putauit, ne quid videreris ex meis lucubrationibus in tuas sumpsisse mutuo atque ita dum sedulo tuae gloriae consulit, aut non meminit aut non sensit illic prioris aeditionis nostrae factam abs te mentionem. Verum id quocunque casu acciderit, mea quidem haud magni refert. Neque enim sum adeo gloriae vel inops vel ieiunus vt in huiusmodi velim  
μικρολογεῖν.

180 At ipse, inquis, stimulos ad respondendum addidisti. Fateor, hortatus sum si quid esset operae precium vt libere dissentires, sed ita dissentires vt ego abs te dissenseram, vt ciuilitate, non criminaliter tuam causam ageres, abesset nasus, abesset procacitas. Quod etiam si ipse non vbique praestitsem, quum non deesset voluntas, tuum tamen erat praestare quod nos voluissemus, quippe vir tanto melior  
185 ac non melior tantum, verum etiam annis aliquot maior, etiam si ipse quinquagesimum iam excessi.

190 Caeterum si par pari referendum duxisti, erat nimirum tuae humanitatis, quam ego tuae gloriae non minimam partem esse puto, meam ciuilitatem non aequare solum, sed etiam vincere iuxta | praeceptum Hesiodi καὶ λώϊον reme-  
195 tiendo, praesertim cum ea res tibi foret in manu, ne quod apud eundem mox sequitur possis praetexere αἴκε δύνῃαι. In eruditione aut eloquentia, quoniam id haud est in nobis situm, non est semper turpe vinci. At in humanitatis officiis et superari turpe est et superare pulcherrimum, propterea quod hic tantum quisque praestat quantum animo collibuerit, neque plus requiritur facultatis sed plus bonae mentis.

Ego sic admisceo Fabri mei mentionem vt celebrandi nominis tui videri pos-  
sim affectasse occasionem, tam effusus in tui laudes quam parcus in reprehendendo, vt facile liqueat affectus esse mei quod te praedico, necessitatis quod dissentio. Iam etiam si quid alicubi per humanam incuriam efluxit quod nasum  
200 corrugare possit, si modo christiana charitas nasum haberet, non solum ab omni conuicio tempero verum etiam caui pro mea virili, ne quid effutirem quod in contemptus aut malevolentiae suspicionem rapi posset.

205 Quod si hoc ipsum te offendit, vllam esse tui nominis in meis libris mentionem, age vt primum licebit, prorsus abolebitur tui commemoratio, si quemadmodum Alexander Magnus non nisi Apellis penicillo pingi voluit nec nisi Lysippi manu fingi, ita tu non sustines a quouis scriptore nominari.

210 Sed qui factum istud tuum benignissime velit interpretari, causari fortasse poterit tibi hanc ansam esse quaesitam celebrandi nominis mei, quo vel hac parte mihi vicem officii reponeres. At si quid istiusmodi venabaris, tot erant loci in quibus indicaui lapsum tuum, quos si mutasti – nondum enim contuli praeter vnum et alterum – gratitudinis erat, hoc quicquid est officii, non solum

agnoscere verum etiam verbis exaggerare. Si non mutasti, quum sint omnino mutandi quidam, aut contemptus est non legere quod ad te pertineat, aut pertinaciae nolle corrigere quod intelligas esse corrigendum.

- 215 Si in his recipis admonitionem meam, cur nec agnoscis nec mutas? Si non recipis, cur non refellis abs te dissentientem et tua palam ingenueque corrigentem? Hic erat tibi nominandus Erasmus, si quid eiusmodi captabas ipsa re vltro praebente occasionem. Si qua gratia debetur vel honorifice praedicanti vel amice simpliciterque monenti, bellum profecto mihi repositum est praemium, 220 egregium amicitiae nostrae monumentum proditum abs te est posteritati.

171 prior *BAS*: prius *A-E*.

173 ipsos *BAS*: illos *A-E*.

174 studiosus *A-E*: studiosius *BAS*.

178 prius vel *A-C E BAS*: deest in *D*.

185 ipse *A-C E BAS*: deest in *D*.

189-190 remetiendo *BAS*: remetiens *A-E*.

191 αἴνε *E BAS*: εἶνε *A-D*.

196 mei *A C-BAS*: deest in *B*.

202 posset *BAS*: possit *A-E*.

217-218 Hic ... occasionem *E BAS*: deest in *A-D*.

something from Erasmus' *Nov. Instr.* of 1516. But presumably the wrong date in the colophon of Lefèvre's second edition crept in by an error of the compositor, who omitted an I or II and wrote XV instead of XVI or XVII. From Ep. 445, ll. 41-43 it is clear that Lefèvre himself acknowledged that his second edition came out after Erasmus' *Nov. Instr.* Cf. this apologia, n. ll. 148-149. What is more, in his second edition Lefèvre quotes Erasmus favourably. See this apologia, n. ll. 215-218.

170-171 *cursum* ... *linea* These metaphors are drawn from the language of athletics, see *Adag.* 557 (a *linea* incipere), *LB* II, 246 *A-C*.

179 *μικρολογεῖν* I.e., to split hairs, make a fuss about trifles. *Adag.* 1933, *ASD* II, 4, p. 297, ll. 378-379 and n.

180 *At* ... *addidisti*. Cf. this apologia ll. 142-144. At the end of Lefèvre's *disputatio* (that is, in his note on *Hebr.* 2, 7 in his second edition, appendix IV) he expresses the expectation that Erasmus will react positively to it, *cum ipse nobis stimulum respondendi addiderit*. Appendix IV, ll. 580-581.

182 *nasus* "haughtiness", "disdain", "condescension", see *sub Adag.* 581 (*Odorari ac similes aliquot metaphorae*), *LB* II, 253 *C*. Cf. Otto 1198.

187 *par pari Adag.* 35, *ASD* II, 1, pp. 150-151. Cf. the present apologia, n. l. 1060.

189-191 *καὶ λόγιον* ... *αἴνε δόνηται* *Hes. Erg.* 350. 196-199 *Ego* ... *dissentio* Cf. this apologia, n. l. 80 and n. l. 117.

199-200 *nasum corrugare* Cf. *Hor. Epist.* I, 5, 23 "corruget nares", "to cause disgust". See also the present apologia, n. l. 182.

205 *Apellis* Famous painter, living in the days of Alexander the Great. Indeed, according to tradition, Alexander wanted to be painted only by him. A. Rumpf, "Apelles 4", in: *Der kleine Pauly* I, Stuttgart, 1964, col. 422.

206 *Lysippi* Renowned sculptor of the same period. He also was the only one in his profession who was allowed to immortalize Alexander in stone. W.H. Gross, "Lysippos 2" in: *Der kleine Pauly* III, Stuttgart, 1969, col. 843-844.

207 *factum istud tuum* Lefèvre's *disputatio* against Erasmus in his *S. Pauli Epistolae XIV*, Paris, 1516/7, reproduced in appendix IV.

208 *ansam Adag.* 304 (*Ansam quaerere et consimiles metaphorae*), *ASD* II, 1, pp. 411-412.

209 *vicem officii* "a service in return", *Cic. Sest.* 4, 10.

210 *contuli* "I compared".

215-218 *Si* ... *occasionem* These words do not do justice to Lefèvre. In his second edition, Lefèvre corrected the note on 1 *Cor.* 5, 4 with due acknowledgement to Erasmus, who presumably did not notice it, for he ridicules Lefèvre's error at great length in this apologia (see ll. 2474-2487). As to Lefèvre's alleged failure to recognise Erasmus' merits, cf. also Ep. 607, from Erasmus to Cuthbert Tunstall, Louvain, 17 July <1517>, ll. 2-6. It is remarkable that Lefèvre did not alter his translation of 1 *Cor.* 5, 4. At 2 *Cor.* 10, 16, too, Lefèvre has rectified his note (here without mentioning Erasmus) but did not correct the translation. Erasmus did notice this alteration; see the present apologia, ll. 2511-2518).

Cur vno duntaxat in loco tibi succurrit *Erasmus amicus* et *peramicus*? An hoc vno in loco tantum abs te dissentio? Cur sic vrges, sic instas, sic immoraris, sic exquiris et excutis vt non oblata, sed quaesita videri possit occasio? Atque adeo, vt propius accedam ad rem, cur ibi fingis pugnam vbi nulla mihi tecum pugna est? Imo vbi pro te facio, id quod mox aperiam.

Ego veros lapsus aut lenio aut tegeo, tu vbi in re tranquillitas est, tuis verbis grauem excitas tempestatem. Neque dubito quin meam ciuilitatem hac quidem in parte satis tecum agnoscas. Caeteris autem malim eam parum probari quam, dum eam nimium diligenter approbare nitor, partem aliquam eius laudis amittere, quando bona ciuilitatis pars est non imputare ciuilitatem.

Ac Deum omnium conscium testor libenter et hoc dissimulaturus eram, nisi quaedam inculcasses odiosiora quam vt mihi integrum esset dissimulare, quae mox proferentur. Lenitatis ac moderationis est dissimulare conuicia, sed vsque ad aras, vt aiunt. Impietas est ad impietatis crimen esse mutum. Non quod tu id palam intendas, sed tamen aspergis nonnulla quae, sicunde interpretem iniquiorem nacta fuerint, efficient vt videaris me non solum stupidum et ἀγράματον facere, verum etiam *impium*. Quorum vt prius illud leuiter fero, ita posterius haud arbitror dissimulandum.

Accedit his et illud incommodi quod hic nec ipse tuam causam agere possum, si maxime velim. Etenim si candidius incipiam interpretari quae videntur inclementius abs te scripta, non effugiam quin videar ipse mihi blandiri. Vide quo me deieceris angustiae. At|qui haec ita habere mox, vt dixi, demonstrabimus.

Ea res, mi Faber, tametsi nonnihil molesta fuit, tamen non ita multum apud me valuit vt veterem meam de te opinionem mutarim, qua semper te virum literis ac pietate cum primis insignem esse iudicaui, sed tamen admonuit hominem esse te, ne quid ipse dicam aut suspicer inhumanius. Et haud scio an quicquid istud est stomachi tuorum affectibus dederis. Nam vt optimis nonnunquam principibus, ita mitissimis ingeniis hoc vitii solet adhaerere, quod se duci patiantur alieno instinctu. Neque enim me clam est quam multos habeas impendio tui studiosos, nec secus addictos tibi, quam si in tua verba iurassent, qui tua non secus atque oracula venerantur. Hi fortasse nephas esse ducunt vsquam abs te dissentire et protinus ad lapides prouocant, si quis verbo refragetur. Atque istorum sane studio non illibenter ignosco quod a charitatis ac beneuolentiae radice proficiscitur.

Caeterum aut omnino non noui te aut virum arbitror prudentiorem ac prorsus meliorem quam vt tuis commentariis tantum autoritatis deferri postules, quantum nec Augustinus postulat suis nec Ambrosius aut Hieronymus suis, praesertim quum ipse in hac tua *defensione* praesidium humanae autoritatis omne submoueas, quoties de veri inuestigatione agitur.

223–224 Atque adeo, vt *E BAS*: Imo vt *A B*,

Imo et *C D*.

226 veros *A C–BAS*: vero *B*.

229 approbare *C–BAS*: probare *A B*.

234 id *E BAS*: *deest* in *A–D*.

240 si maxime velim *E BAS*: *deest* in *A–D*.

250 iurassent *BAS*: iurarint *A–E*.

- 221 *Cur ... peramicus* See this apologia, n. ll. 36–37.
- 226 *Ego ... tego* Cf. this apologia, nn. ll. 80, 117 and 117–118.
- 226 *vbi ... est* Cf. this apologia, ll. 262–263 and n.
- 233–234 *vsque ad aras Adag.* 2110 (*Vsque ad aras amicus*) *ASD* II, 5, p. 112. The meaning is: “only as far as is appropriate”.
- 234 *Impietas ... mutum.* Cf. Ep. 778, from Erasmus to William Budé, Louvain, 22 February <1518>, ll. 237–238: “... qui moderate ferre potest impietatis crimen, is leuiter pius est.” The accusation of *impietas* was a serious one because *impietas* had the connotation of heresy, see e.g., Ep. 778, ll. 174–175 “reputa ... quam sit odiosum hereseos et impietatis crimen ...” Cf. J.-P. Massaut, *Critique et tradition à la veille de la réforme en France*, Paris, 1974, pp. 63–64.
- 236 *videaris ... stupidum* Erasmus is referring to a passage in Lefèvre’s *disputatio* of 1516–1517; see appendix IV, l. 515.
- 236–237 ἀγοράματων In his *disputatio*, Lefèvre fiercely argues that the Hebrew *in’ac* and the Greek βαρῶν τι never have a temporal meaning, see appendix IV, ll. 293–349. Erasmus argued the opposite in the *Nov. Instr.*, see appendix III. Cf. this apologia, n. l. 10.
- 237 *impium* Cf. this apologia, ll. 14–15 and n. Lefèvre describes Erasmus’ interpretation of *Hebr.* 2, 7 – more specifically, his explanation that Jesus had been humiliated *infra abiectissimos etiam homines* (see appendix III, ll. 23–24) – as: ... *impium et Christo Deoque indignissimum, ... Spiritui aduersantem et litterae quae occidit adhaerentem. Caeterum id prorsus prophetae aduersatur ...*; appendix IV, ll. 134–137.
- 237–238 *Quorum ... dissimulandum* On the other hand, in Ep. 607, from Erasmus to Cuthbert Tunstall, Louvain, 17 July 1517, ll. 10–13 and Ep. 608, from Erasmus to Peter Barbirius, Louvain, 17 July <1517>, ll. 25–26, Erasmus justifies his writing this apologia simply with his desire to show that he was not as stupid as Lefèvre had suggested. Elsewhere, however, e.g., in Ep. 731, from Erasmus to Wolfgang Capito, Louvain, 6 December <1517>, ll. 4–6, he describes the aim of this apologia as the refutation of Lefèvre’s accusation of *impietas*; cf. this apologia, l. 234 and n. ll. 236–237.
- 242 *quo ... angustiae* “How difficult you have made things for me”, “how you have driven me into a corner”; *angustiae* is a partitive genitive, modifying *quo*. Cf. ll. 803–804: *declarant quo se humilitatis Sermo ... deiecerit.*
- 245–246 *admonuit hominem esse* Just as the slave whispered this in the ear of the Roman triumphator; cf. *ASD* IX, 2, p. 227, n. l. 24.
- 247 *tuorum affectibus dederis* “you gave in to the emotions of your friends.”
- 249 *alieno instinctu* For a similar insinuation, often used by Erasmus, see this apologia, ll. 39–40 and n.
- 250–251 *quam ... venerantur* Among Lefèvre’s students and adepts who reacted negatively to the present apologia are: William Budé, who wrote about this controversy to Erasmus in Ep. 810, Paris, 12 April <1518>, ll. 9–346; John Molendinus, see Ep. 755, from Erasmus to <John Molendinus>, <Louvain>, <c. January 1518>, ll. 13–24, from which it appears that John Molendinus reacted disapprovingly to the apologia; John Caesarius, see Ep. 680, from John Caesarius to Erasmus, Cologne, 22 September <1517>, ll. 1–24; Louis Ber, see Ep. 730, from Erasmus to Louis Ber, Louvain, 6 December 1517, ll. 29–40. Cf. H. Heller in: *Contemporaries, s.v. Lefèvre*, E. Rummel, *Erasmus and his Catholic Critics, I 1515–1522*, Nieuwkoop, 1989, pp. 54–56 and M. Mann, *Erasmie et les débuts de la réforme française (1517–1536)*, Paris, 1934, p. 4. See also Ep. 726, from Erasmus to Thomas More, Louvain, 30 November <1517>, ll. 8–10: “Ab ipso (i.e., Fabro) nihil metuo, tantum vereor ne discipulus aliquis suborneretur, cum quo non digner digladiari.” In Ep. 890, from Erasmus to Henry Bullock, <Louvain>, <c. 23 October 1518>, ll. 1–3, Erasmus calls the “Fabristae” sycophants!
- 252 *ad lapides prouocant* “They incite to proceed to lapidation”. Cf. Epp. 541, ll. 65–66; 597, l. 57; 948, l. 61.
- 256–257 *ut ... Hieronymus suis* Cf. Ep. 778, from Erasmus to William Budé, Louvain, 22 February <1518>, ll. 278–282: “Atqui si ipsi (i.e., Lefèvre) licet ab Augustino, Ambrosio, Hieronymo, imo semel ab omnibus antiquis ac probatis dissentire, mihi non licebit vel honorifice dissentire a Fabro? Et haec erit scriptorum conditio, vt quicumque a Fabro dissentiat, is euangelii et sacris eloquiis aduersetur?”
- 258 *defensione* Here Erasmus calls Lefèvre’s attack a *defensio* in accordance with Lefèvre’s own designation in his *disputatio*; see appendix IV, l. 27.
- 258–259 *praesidium ... submoueat* In Erasmus’ opinion, Lefèvre’s interpretation of *Hebr.* 2, 7 runs counter to almost the whole Christian tradition. Cf. the present apologia, ll. 16–18 and n. l. 18, and Ep. 778 as quoted in n. ll. 256–257.

260 Sed iam tempus est vt apologiae tuae altera respondeam apologia, quae mihi  
 sic temperanda est vt ita meam tuear existimationem, ne quid laedam amici vel  
 famam vel animum, quoad fieri poterit. Et quanquam facilis erat defensio vbi  
 causae nulla pene est controuersia, tamen hic non paulum negocii mihi addidit  
 tua disputatio, multis verborum laciniis vndique diffluens, siue quod hic tuus est  
 265 mos, siue quod ita tibi visum fuit in hoc ceu theatro specimen aedere, quantum  
 polleres eloquentiae viribus et orationis vbertate. Proinde quum non mediocris sit  
 negocii vel recensere quae sunt abs te disserta, quanto difficilius fuerit singula  
 refellere. Vsque adeo omnia dilatas et exaggeras ac pene iuxta prouerbium *ex*  
*musca facis elephantum.*

270 Quis enim non ipso statim in limine expectet magnificam aliquam tragoe-  
 diam, vt audierit te in exordio tam religiose implorantem coelestis auxilium  
 numinis ac rursus in calce disputationis tam accurate perorantem vsque ad per  
 omnia secula seculorum. Deinde iuxta rhetorum praecepta, credo quod tibi  
 videreris agere cum homine rhetorico, proponis quid conueniat cum aduersario  
 275 et quid in controuersia relinquatur, veluti committens hinc atque hinc instructas  
 acies. Tum perinde ac si apud Areopagitas de capite agatur, ita ad singulas capitis  
 partes mea dicta subscribis; credas Demosthenem aduersus Aeschinem proferre  
 testimonia.

Vt igitur carptim respondeam idque paucis nec ad omnia, sed ad ea potissi-  
 280 mum quae mihi parum aequus lector tui vero studiosior in meam calumniam  
 torquere possit, ne simul et molestus sim lectori et plus satis operae mihi percat  
 in hoc negocio, necessario quidem illo sed inamoeno, summam causae proponis  
 hunc in modum. *Verum hanc, inquis, sententiam nostram in hoc loco non accep-*  
 285 *tat amicus noster Erasmus neque beati Hieronymi sexti versus octauis psalmi, quem*  
*sic interpretatur: minues eum paulominus a Deo, gloria et decore coronabis eum,*  
*approbat interpretationem.* Obsecro te *νῆ τῆν ἀλήθειαν*, nonne hic protinus  
 controuersiam fingis, ne dicam fabricaris, vbi concordia est et praelium inducis  
 vbi pax est et defensionem paras quum nemo vocet in ius et nullo actore  
 temetipsum reum agis?

290 Relege totum eum locum in annotationibus meis, excute, vestiga num vllum  
 vsquam insit verbum reiicientis Hieronymi tuamque sententiam; tantum  
 recenseo duplicem lectionem, alteram Hieronymi cui tu subscribis, alteram Sep-  
 tuaginta et, vt quidam asserunt, Chaldaeorum quam et olim Graecorum et nunc  
 Romana sequitur ecclesia magno orbis consensu, cui subscribunt tot orthodoxi  
 23 nostrae | religionis doctores, non minus eruditione quam vitae sanctimonia macti  
 296 spectatique.

Equidem existimabam id licere, praesertim in annotationibus, diuersas diuer-  
 sorum opiniones recensere ac meam etiam, si visum esset, opinionem interponere  
 hac lege, vt nihilo secius liberum foret suum cuique iudicium neque cuiusquam  
 300 sententiae praeiudicaretur. Quum enim viderem eam esse libertatem commenta-  
 riorum ad quam saepenumero prouocat diuus Hieronymus et hoc colore causam  
 tuetur suam, arbitrabar multo magis idem ius mihi tribuendum in opere quod



305 praeter humiles ac pene grammaticas quasdam annotatiunculas nihil profiteretur, praesertim quum semel, imo non semel, sed crebro tester me annotationes scribere, non dogmata.

273 secula B-BAS: deest in A.

281 torquere A B E BAS: torqueri C D.

283 in hoc BAS: hoc in A-E.

262-263 *vbi ... controversia* Cf. this apologia, ll. 82-83 and n., and l. 226.

264 *tua ... diffluens* Erasmus has little right to reproach Lefèvre for verbosity: Erasmus' *Apolog. ad Fabr. Stap.* is approximately five times as long as Lefèvre's *disputatio* of 1516/7 (see appendix IV).

265 *theatro* For this image, see this apologia, ll. 75-77 and n.

268-269 *ex ... elephantum* *Adag.* 869, *LB* II, 359 A.

271-272 *in ... numinis* For Lefèvre's words to which Erasmus is referring here, see appendix IV, ll. 27-30. In this apologia, l. 231, Erasmus himself called upon God as a witness.

272-273 *in ... seculorum* For the ending of Lefèvre's *disputatio*, see appendix IV, ll. 583-585.

273-275 *iuxta ... relinquatur* For the rhetorical rules Erasmus is referring to here, see H. Lausberg, *Handbuch der literarischen Rhetorik* I, München, 1973, pp. 155-156, 163-164 en 425-426. Cf. the present apologia, ll. 264-266.

274 *aduersario* Cf. l. 342 and n.

276 *Areopagitas* Members of the supreme court in Athens.

277 *Demosthenem ... Aeschinem* These two Attic orators of the fourth century B.C. were very ill disposed to each other.

283-286 *Verum ... interpretationem* This is a quotation from the second edition of Lefèvre's commentary on Paul, see appendix IV, ll. 19-22.

283 *in hoc loco* Lefèvre's text reads *hoc in loco*.

285 *interpretatur* I.e., Jerome in his translation of the Psalms *iuxta Hebraeos*; *Ps.* 8, 6.

288 *defensionem* Cf. the present apologia, l. 258 and n.

290 *eum locum* Erasmus' annotation of *Hebr.* 2, 7 in the *Nov. Instr.* of 1516, appendix III.

291-292 *tantum ... lectionem* Cf. Hier. *Adv. Ruf.* III, *CCSL* 79, ed. P. Lardet, Turnhout, 1982, p. 83, ll. 9-11: "Hic est enim commentariorum mos ... vt opiniones in expositione varias persequantur ...". Cf. *ibid.*, I, pp. 14-15, ll. 15-22. For the function of *annotationes*, see the present apologia, nn. ll. 299, 304 and 306.

292-296 *duplicem ... spectatiue* Cf. the present apologia, ll. 16-18 and n. l. 18 and ll. 258-259 and n.

293 *Chaldaeorum* An Aramaic translation of the Psalms had recently been published by Agostino Giustiniani in his *Psalterium octuplex*, Genoa 1516. Lefèvre cites this work in his *disputatio* of 1516/7; see appendix IV, ll. 72-76.

297-298 *diuersas ... recensere* Cf. the present apologia, n. ll. 291-292.

299 *liberum ... iudicium* Cf. Hier. *Comm. in Ir.* (prologus) *CCSL* 74, ed. S. Reiter, Turnhout, 1960, pp. 1-2, ll. 9-12: "... leges commentariorum in quibus multae diuersorum ponuntur opiniones, vel tacitis vel expressis auctorum nominibus, vt lectoris arbitrium sit, quid potissimum eligere debeat, discernere ...", and Erasmus, *Apologia* (Holborn p. 170, ll. 33-35): "... in annotamentis varias [i.e., lectiones] referimus, aut indicantes quid nobis optimum videatur, aut tuo relinquentes arbitrio quid sequi malis."

304 *annotationes* Cf. Erasmus, *Capita argumentorum contra morosos*, *LB* VI, f<sup>o</sup> \*\*3v<sup>o</sup>: "Annotationes scribimus, non leges; et expendenda proponimus, non protinus habenda pro compertis"; cf. *ASD* IX, 2, p. 49, nn. ll. 193-195. See also the present apologia, n. ll. 291-292. Cf. appendix V, ll. 365-366.

Hieronymus aliquoties et haeticorum recenset opiniones nec reiicit sententias nec indicat autores, hic primum in ius trahatur si non licet referre quid senserint alii. At hic duas recenseo sententias quarum neutra sit haeretica, imo vtraque probata viris orthodoxis et recenseo, neutram conuellens aut labefactans, tantum indico quis scrupus obstrepere videatur vtramuis sequenti lectionem: nimirum hic quod Christus Iesus, quantum ad humanam naturam et vitae in terris actae speciem, non solum longe diminutus videatur infra Deum, verum etiam infra angelos et homines plerosque. Deinde tento rationes aliquot quibus ea difficultas possit explicari, nihil interim vel hic asseuerans sed, quod est commentantis ac multo potius annotantis officium, lectori cogitandi materiam suppeditans.

Proinde non solum neutram reiicio sententiam, quod tu ais, sed tuae videor etiam fauere vt quam primo recitem loco ac Hieronymiana autoritate corroborarem, indicans vnde petere possit si quis plenius super ea cupiat edoceri, quum alteram cui tu non faues nudam et inermem producam. Imo periclitor ne cui videar hoc loco tui nominis mentionem affectatius induxisse. Quorsum enim attinebat te huius sententiae autorem nominare, quum haud me praeteriret ante tot annos sic ex Hebraica veritate vertisse Hieronymum et eundem sic in commentariis suis annotasse? Si tamen hos Hieronymo tribuis, quos tamen mirum est in commentariis tuis abs te non fuisse citatos, quum illic tantopere contenderes docere *a Deo* legendum esse. Neque enim opinor te tam indiligentem vt scribens in Psalmos non curaris inspicere quid tantus autor dixisset.

Haec cum ita habeant, mi Faber, neque enim potest negari, vide, te quaeso, quam non ciuilliter proponas non contentus assumere quod tuam reiicerim sententiam sed, quo res esset dictu odiosior, addis etiam Hieronymianam interpretationem a me non approbari, cui tamen faueo aut certe non aduersor.

Nec id satis erat. Subiicis quod his quoque est odiosius. *Scripta*, inquis, *eius in annotationibus huius loci interdum subiiciemus quo facilius legentes et eius mentem et meae assertionis et Hieronymianae interpretationis, imo prophetae intelligentiae defensionem intelligant*. Videlicet haec eo tendunt vt non solum omnes tui studiosos, hoc est omnes, vt ita dixerim, Fabristas in me concites, verum etiam omnes quibus Hieronymi sacrosancta est autoritas, imo christianos vniuersos qui prophetae intelligentiae defensori fauent aduersus hostem. Si tu *Hieronymianae interpretationis* et *prophetae intelligentiae* defensor es, necessum est vt sit qui oppugnet. Hunc igitur hoc loco me facis, quum nihil sim minus. Atque hoc quidem est tuae disputationis vestibulum in quo puto te videre, quam parum *amicabiliter* agas cum *amico*, tuis enim verbis vtor. *Aduersarium* facis qui tuae sen-

306–307 sententias *E BAS*: *deest in A–D*.

309 probata *A B E BAS*: reprobata *C D*.

331 aut ... aduersor *E BAS*: *deest in A–D*.

341 est *BAS*: *deest in A–E*.

306 *Hieronymus ... opiniones* Cf. Hier., *Adu. Ruf.* I, *CCSL* 79, ed. P. Lardet, Turnhout, 1982, p. 21, ll. 14–18: "... et Origine dicente

contraria, nos ecclesiasticum sensum secuti sumus. Et quia commentatoris officium est multorum sententias ponere ... etiam Orige-

- nis, absque inuidia nominis eius, explanationem posui..." and the present apologia, n. ll. 291-292.
- 306-307 *nec reiicit sententias* Cf. on the other hand Hier., *Adv. Ruf.* III, *CCSL* 79, ed. P. Lardet, Turnhout, 1982, p. 83, ll. 8-9 (Here, Jerome discusses his own method): "... aperte confidentes quae sunt haeretica, quae catholica".
- 307 *nec indicat autores* For Jerome this was not a matter of principle, cf. Hier. *Comm. in Ir.* (prologus), *CCSL* 74, ed. S. Reiter, Turnhout, 1960, pp. 1-2, ll. 10-11: "... vel tacitis vel expressis auctorum nominibus ..." Erasmus himself does not consistently mention the authors he quotes; see the present apologia, n. l. 80 and E. Rummel, *Nameless Critics in Erasmus' Annotations on the New Testament*, in: BHR 48 (1986) 41-57.
- 314-316 *quod ... suppeditians* Hier. *Adv. Ruf.* I, *CCSL* 79, ed. P. Lardet, Turnhout, 1982, p. 15, ll. 20-22: "... vt prudens lector, cum diuersas explanationes legerit et multorum vel probanda vel improbanda didicerit, iudicet quid verius sit ..."
- 317 *reiicio ... ais* In his *disputatio*, appendix IV, ll. 19-22, Lefèvre had asserted that Erasmus rejected both his and Jerome's interpretations.
- 318 *Hieronymiana auctoritate* Lefèvre himself had already mentioned that he had Jerome's support for the translation *a Deo*; see appendix I, l. 4. In the first edition of the *S. Pauli Epistolae XIV* (1512) Lefèvre referred to this note, see appendix II, ll. 7-8. Cf. below, ll. 362-363.
- 319 *indicans ... edoceri* See appendix III, ll. 7-10: Erasmus mentioned Jerome and Lefèvre as supporting the reading *a Deo*.
- 319-320 *quum ... producam* Erasmus on the contrary argues at length in favour of his preferred reading - *alteram cui tu non faues* (see appendix III, ll. 22-59) - and also mentions where one can find further information in support of his view, viz. in Chrysostom and Theophylact, appendix III, ll. 31-32 and in Aquinas, *ibid.* l. 36.
- 320 *inermem* The metaphor corresponds to the one earlier used in the present apologia, ll. 27-33; cf. ll. 159-164.
- 321-324 *Quorsum ... annotasse* For Erasmus' conviction that he quoted Lefèvre in a very honourable sense, see the present apologia, ll. 129-130.
- 324-325 *Si ... citatos* Erasmus is suggesting that, since Lefèvre does not quote Jerome's *Comm. in Ps.*, one could reasonably conclude that Lefèvre does not ascribe this work to Jerome. Erasmus himself doubts the Hieronymian authorship of the *Comm. in Ps.* See the present apologia, ll. 537-546 and n. ll. 542-546.
- quos ... citatos* Lefèvre does mention the precedent of Jerome in translating *a Deo* (see appendix I, l. 4), but he does not actually quote Jerome's *Comm. in Ps.* Cf. the present apologia, n. l. 318.
- 328-331 *Haec ... aduersor* Syntactically, this sentence is no success.
- 332-335 *Scripta ... intelligent* See appendix IV, ll. 31-33.
- 335 *defensionem* Cf. the present apologia, ll. 255-259 and n. l. 258.
- 335-338 *vt ... hostem* Cf. *ibid.*, ll. 249-252 and n. ll. 250-251. See, on the other hand, Ep. 653, from Erasmus to <John Fisher>, Antwerp, 8 September 1517, ll. 14-15 "Omnes vno ore theologi, omnes etiam Fabristae, mihi decernunt palmam." And Ep. 794, from Erasmus to Peter Barbirius, Louvain, 6 March 1518, ll. 36-37: "Multos, vt aiunt, terret Fabri male accepti exemplum, nam prostratum esse fatentur et ipsi Fabristae ..."
- 338 *hostem* Ep. 778, from Erasmus to William Budé, Louvain, 22 February <1518>, ll. 94-96 "Satius igitur esse duxi Gratiis alicubi non satisfacere quam Christi dignitatis labefactor et hostis videri: nam hac persona ille me produxit in theatrum."
- 338-339 *Hieronymianae ... defensor* See for these claims of Lefèvre, appendix IV, ll. 31-33.
- 341-342 *amicabiliter ... amico* See this apologia, ll. 36-37 and n.
- 342 *Aduersarium* See l. 1328 and l. 2227 and nn. Occasionally Erasmus also calls Lefèvre his *aduersarius*, see Ep. 794, from Erasmus to Peter Barbirius, Louvain, 6 March 1518, ll. 37-38: "... in quem (i.e., Fabrum) tamen viribus meis non sum vsus, fauens etiam, quoad licuit, aduersario." Cf. the present apologia, ll. 1002-1007.
- 342-343 *qui ... patrocinator* This presumably refers to the passage in which Erasmus observes that Lefèvre is in agreement with Jerome, appendix III, ll. 7-10. Erasmus likes to emphasize he could have cited Lefèvre less favourably: "Ego neutram sententiam nec in annotatione nec in Apologia refello, cum possem eam quam Faber solam vult esse piam, vt impiam ac falsam reiicere, idque applaudentibus, opinor, theologorum centuriis." Ep. 778, from Erasmus to William Budé, Louvain, 22 February <1518>, ll. 103-106.

tentiae patrocinator. Nam finge quod tu vis, nihil aliud legi posse nisi *minorasti eum paulo minus a Deo*. An paulum descendit qui Deus descendit ad hominem, quum humana natura infinitis partibus inferior sit diuina? Eamque difficultatem quum tu parum pudenter dissimules, ego citra tui notam amolior quod tuae interpretationi videbatur obstare. Et quum id faciam, *aduersarium* me fingis et *prophetae intelligentiae* impugnatores.

Sic lectore de summa causae edocto singulas annotationis parteis vellicas ac vexas, quasi singulos dedissem aphorismos, cum quaedam obiter ac velut e superfluo admisceam, quaedam assumam argumentantis iure, non autoritate definiens. Insidiosum videlicet et callidum oppugnationis genus, praesertim apud eos quibus res parum est cognita. Quod si quemadmodum in iudiciis causa cadere solet qui litem perperam intendit, itidem fieret in disputationibus, iam haec causa mihi perorata erat. Nunc pergamus ostendere quam caetera huic amicae propositioni respondeant.

*Ingenue fateris* admonuisse te apud Hebraeos haberi scriptum: *minuisti eum paulominus a Deo*. Quid audio? *Fateris*, perinde quasi hoc tibi crimen intenderim? Imo si primus hoc admonuisses, gloriari poteras et ipse laudem hanc lubens tibi tribuissem. Quanquam quid erat ingenuitatis fateri quod libris aeditis vulgatum inficiari nullo modo poteras?

Mox velut alterum accusationis caput proponens, fateris esse in Hieronymianis commentariis quod illinc citaram, nisi quod ille idem dixit apertius. Nam id etiam obiter admonendus erat lector. Atque hic sane non solum ingenuus videri vis, qui fateris quod palam extat in aeditis voluminibus, verum etiam ciuilis et amicus, sic enim scribis: *et id tribuimus amico et sic habet veritas*. Quid est hic quod largiris amicitiae nostrae? Si cum hoste fidei ageres, quid aliud poteras quam fateri verum esse quod negari nec debet nec potest?

Iam ceu tertium accusationis caput facis quod scripserim te hac in parte *a Thoma dissentientem multis argumentis contendisse 'a Deo' legendum esse, non 'ab angelis'*, idque diuidis: partim agnoscens factum, sed vt recte factum defendens, partim factum inficians. *Et probe*, inquis, *mea sententia*. At quis intendit hoc perperam abs te factum? Nec hic erat inficiandum quicquam nec erat quod inficiari posses, nimirum libris euulgatis protinus tibi reclamaturis. Aio te *multis argumentis contendere*, non malis argumentis, nec sententiam tuam refellens nec argumenta tua vellicans, tantum lectori commonstro vnde posset petere si desideraret argumenta, simul ipse prolixam recitationem parum congruam annotatori declino.

In altera parte defendenda more rhetorum duplici vteris statu: primum negans te a Thoma dissensisse, deinde, vt id dones, contendis licere. Primum an non dissentit qui diuersum sentit nisi norit quid ille sentiat a cuius opinione dissentit? An ideo non sum dissimilis Petro quia nesciam qua ille sit forma? An nobis non

369 hac in A B E BAS: in hac C D.  
373 abs E BAS: a A-D.

374 tibi A C-BAS: deest in B.

- 343–344 *minorasti* ... *Deo* This is a translation of Jerome's: *Comm. ad Gal.* II, iv, ad 2, 14, Migne *PL* 26, 407 D7–8.
- 345–346 *Eamque* ... *dissimules* Lefèvre did try to solve this problem; see appendix IV, e.g., ll. 237–255.
- 346 *citra tui notam* Cf. the present apologia, l. III *citra famae tui dispendium* and l. 2449 *citra tui nominis notam*.
- 347 *aduersarium* Cf. the present apologia, l. 342, ll. 1328, 2227 and nn.
- 348 *propheticae* ... *impugnatorem* Cf. appendix IV, ll. 33 and 137. Cf. Ep. 777, from Erasmus to Henry Bullock, Antwerp, <c. 22 Februarii 1518>, ll. 17–19: "Verum non vsque adeo mihi est amicus vt in illius gratiam hostis dignitatis Christi, et propheticae intelligentiae subuersor, et ludeorum fautor esse debuierim ..."
- 349–350 *Sic* ... *vexas* Erasmus uses the same method in dealing with Lefèvre's work, namely, that of quoting and criticizing selected passages of which he did not approve.
- 350–352 *quasi* ... *genus* Cf. the present apologia, ll. 276–278.
- 350 *aphorismos* "positive assertions".
- 352 *Insidiosum* ... *genus* Erasmus considers Lefèvre's misrepresentation of Erasmus' argumentation to be unfair and devious.
- 352–353 *praesertim* ... *cognita* Cf. the present apologia, n. ll. 41–42.
- 353 *causa cadere* "to lose his case". *causa* is separative abl.
- 354–355 *qui* ... *erat* What Erasmus means is that if his argument against Lefèvre was as poor as Lefèvre suggested, then he had already lost his case and did not need to defend himself anymore.
- 354 *litem* ... *intendit* Cic. *De Or.* I, 10, 42.
- 355–356 *amicae propositioni* Cf. appendix IV, ll. 28–29.
- 357–358 *Ingenue* ... *Deo* Appendix IV, ll. 36–37.
- 357 *Ingenue fateris* See appendix IV, l. 37. Erasmus quotes these words with a touch of irony. Actually there was nothing to admit, since what Lefèvre had remarked – viz. that the Hebrew text reads "lower than God" – was simply a fact verifiable in printed and published books. Time and again in the present apologia Erasmus alludes to these words (*ingenue fateor*) ironically, see ll. 34, 1569, 1580, 2166–2167. Cf. l. 2444: *ingenuitatem requiro*.
- 358–359 *quasi* ... *intenderim* Cf. the present apologia, l. 362 *velut alterum accusationis caput proponens* and l. 369 *ceu tertium accusationis caput facis*.
- 359 *Imo* ... *poteras* Cf. the present apologia, l. 318 and n.
- 360 *fateri* Lefèvre used this expression in his *disputatio*, see the present apologia, ll. 357–358 and nn.
- libris aeditis* Erasmus is referring here to Lefèvre's *Quincuplex Psalterium* (see appendix I for the note at *Ps.* 8, 6) and the first edition of Lefèvre's translation, paraphrase and annotations of the Pauline epistles (see appendix II for the note at *Hebr.* 2, 7).
- 362–363 *fateris* ... *apertius* See appendix IV, ll. 37–40.
- 366 *et* ... *veritas* *Ibid.*, ll. 40–41.
- 369–371 *iam* ... *angelis* See appendix IV, ll. 42–45.
- 369 *scripserim* See appendix III, ll. 19–20.
- 370 *Thoma S. Thomae Aquinatis* ... *Super Epistolas S. Pauli Lectura*, vol. II, ed. P. Raphael Cai, Rome and Turin, 1953, at *Hebr.* 2, 7, pp. 361–362: "Vbi sciendum est, quod ordine naturae, corruptibilia et passibilia minora sunt incorruptibilibus et impassibilibus. Angeli autem secundum naturam sunt impassibiles et immortales. Vnde quando Christus dignatus est passionem et mortem sustinere, minoratus est ab ipsis."
- 371 *agnoscens factum* The *factum* is Lefèvre's disagreement with Aquinas, see appendix IV, ll. 46–65.
- 372 *factum inficiens* See appendix IV, ll. 66–70.
- Et* ... *sententia* See appendix IV, ll. 46–47.
- 374–347 *Aio* ... *contendere* See appendix III, ll. 19–20.
- 376–377 *lector* ... *argumenta* For Erasmus' methodology in his annotations on the New Testament, cf. the present apologia, n. ll. 304, 306–307, 307 and 314–316.
- 379 *more rhetorum* Cf. this apologia, ll. 264–278.
- duplici vteris statu* For the rhetorical rules to which Erasmus is referring here, see Lausberg, *Handbuch der literarischen Rhetorik* I, München, 1973, pp. 418–419 and Quint. *Inst.* 3, 6, 10: "etiam si feci, recte feci, sed non feci."
- statu* "status", "type of defence according to the degree in which the case of the accused person is sustainable".
- 379–380 *primum* ... *dissensisse* See appendix IV, ll. 66–70.
- 380 *contendit licere* *Ibid.*, ll. 70–72.

dissentit alicubi Plato a M. Tullio quum ille nescierit quid hic sensurus esset? Certe nobis a Thoma dissentis quoties diuersum ab illo sentis, qui vtriusque  
 385 opinionem cum altera pugnantem cernimus. Nec hic attinebat anxie defendere quod a Thoma dissenseris, nisi, quod credo factum, quo gratiam inires apud huius sodales et apud eosdem me vocares in inuidiam. Ego nemini vnquam vitio verti quod a quoquam dissenserit, quantumlibet magni nominis autore, modo id faciat reuerenter erga eos quibus hoc honoris debetur, in quibus ego sane et  
 390 Thomam numero primum eruditionis deinde etiam sanctimoniae nomine.

Sed negas te tum *consuluisse* quid ille sentiret, magis autem quid dicerent *eloquia*, sic enim loqueris. Atqui operae precium erat, quum scriberes commentarios in Paulum, excutere quid ille sensisset, haudquaquam, vt opinor, aspernandus autor, a quo quanquam et ipse locis aliquot dissentiam, tamen id facio aliquanto  
 395 ciuilius ac reuerentius quam tu recenses: *neque Erasmus*, inquires, *ipse vt qui toties eum coarguat*. Miror non dixisse te: qui toties eum explodat atque exhibilet, quo fiat etiam atrocior. Neque consentaneum est Thomam non consuluisse quid dicerent sacrae literae, quum illa scriptis proderet.

Neque rursus id odiose aut suspiciose dictum est a me quod a Thoma dissentires, alioqui, si quid tale voluissem, addidissem potius ab Augustino dissentire te, nec dubito quin ab Hilario, ni pars ea commentariorum intercidisset, dixissem a Chrysostomo, dixissem a Theophylacto, dixissem ab omnibus orthodoxis vno excepto Hieronymo eoque incerto, dixissem a publica totius ecclesiae consuetudine tot iam seculorum vsu comprobata, si te inuidia voluissem onerare.  
 405 Nihil horum. Simpliciter ostendi quemadmodum tua sententia consentiret cum Hieronymiana, ita eandem abs Thomae opinione dissentire, caeterum Thomae sententiam Chrysostomi Theophylactique interpretationi congruere, praeterquam quod illi simpliciter ad humanam naturam referre videntur, hic ad corpus assumptum duntaxat arbitratur pertinere, lectori commonstrans neutri sententiae  
 410 suos deesse autores.

Hic vero Thomae causam sic agis vt non putes absoluendum nisi persuaseris illum simpliciter errasse et credidisse sic haberi apud Hebraeos. At mihi videtur Thomas nec tam supinus et oscitans vt, cum aederet commentarios in hunc locum, nec Hieronymianam interpretationem consuluerit nec eiusdem in hunc  
 415 psalmum commentationem excusserit. Imo vero propius est illum hac in parte plus tribuisse publicae ecclesiarum omnium consuetudini et orthodoxorum autorum tanto consensui, quam vnus Hieronymi ex ignota barbaraque lingua annotatione. Praesertim quum is paucis verbis sic indicauerit quid haberetur apud Hebraeos vt alteram tamen lectionem nec reiiceret nec insectaretur, id quod tu  
 420 gnauiter facis. Atqui vtinam Hieronymi magis placuisset exemplum. Etenim si Hieronymianam modestiam hic imitari voluisses, rectius tuae famae, mi Faber, consuluisses nec hanc amico suscitasses tragoediam.

Quod si Thomas diuinum illud et e coelo delapsum octaplum opus vidisset, forsitan ausus fuisset publicam lectionem immutare. Tanto enim apparatu mihi  
 425 citas scriptorem, vt ne quid aliud dicam recentem, ac si proferres oraculum e

- 400 addidissim *A-E*: edidissim *BAS*.  
 402 Theophylacto *BAS*: Vulgario *A-E*.  
 403 eoque incerto *B-BAS*: *deest* in *A*.  
 406 abs *E BAS*: cum *A-D*.
- 386–387 *quo ... inuidiam* For a similar insinuation, cf. the present apologia, ll. 335–338.  
 387 *me ... inuidiam* “you make me hateful”. Cf. Cic. *Phil.* 2, 24, 59.  
 387–388 *Ego ... verti* “I have never blamed anyone for ...”. For this expression, cf. the present apologia, l. 83 and n.  
 391–392 *negas ... loqueris* See appendix IV, ll. 47–48 and ll. 67–68.  
 394 *a quo ... dissentiam* E.g., at *Rom.* II, II, *Nov. Instr.*, pp. 444–445, at *Hebr.* 5, II, *ibid.*, p. 589 and at *Hebr.* 2, 7, see appendix III, ll. 10–18.  
 395–396 *neque ... coarguat* See appendix IV, ll. 48–49.  
 398 *quum ... proderet* “Since it was precisely his intention to shed light on the meaning of Scripture in his commentary.”  
 400–404 *ab ... comprobata* Erasmus here supposes a disagreement between Lefèvre and the Church Fathers. In his *disputatio*, Lefèvre had denied disagreeing with them; see appendix IV, ll. 350–359 and ll. 457–476. What Lefèvre meant was that these Fathers were incapable of understanding *Hebr.* 2, 7, since they knew only Greek. Within the limits of their knowledge, their interpretation was correct. If they had known Hebrew, Lefèvre argued, they would have understood the real meaning of *Ps.* 8, 6, which Paul had of course quoted correctly, and then would have shared Lefèvre’s point of view.  
 401 *pars ... intercidisset* B. Altaner, *Patrologie. Leben, Schriften und Lehre der Kirchenväter*, Freiburg im Breisgau, 1978<sup>8</sup>, p. 363, notes only that Hilary’s biblical commentary on Job is no longer extant. Further Altaner notes that a *Tractatus super Psalmos* remained unfinished. In this work Hilary treats *Ps.* 1 f.; 9; 13 f.; 51–69; 91; 118–150. Thus, it is unlikely that Hilary wrote commentaries on either *Ps.* 8, 6 or *Hebr.*  
 403 *Hieronymo ... incerto* Cf. the present apologia, ll. 537–546 and n. ll. 542–546.  
 409–410 *lectoribus ... auctores* Cf. Hier., *Comm. in Ir.* (prologus), CCSL 74, ed. S. Reiter, Turnhout, 1960, pp. 1–2, ll. 9–12 and the present apologia, ll. 299–300 and n.  
 409 *commonstrans* The participle qualifies the subject of *ostendi*, l. 405, i.e., Erasmus.
- 407 Theophylactique *BAS*: Vulgariique *A-E*.  
 407–408 *praeterquam B-BAS*: nisi *A*.  
 420 *Atqui E BAS*: atque *A-D*.
- 411–412 *Hic ... Hebraeos* See appendix IV, ll. 62–65 and ll. 459–476.  
 418–419 *Praesertim ... insectaretur* See the present apologia, n. l. 18 and Hier., *Comm. in Ps.*, CCSL 72, ed. P. Antin, Turnhout, 1959, p. 191.  
 420 *Atqui ... exemplum* Here Erasmus is suggesting that Lefèvre would have done well to leave the interpretation open, just as Jerome had done. According to Erasmus, a commentator is not obliged to decide. See the present apologia, n. ll. 291–292, n. l. 299 and ll. 300–302.  
 422 *amico* Cf. *ibid.*, ll. 36–37 and n. *tragediam* See *ibid.*, ll. 75–77 and n.  
 423 *diuinum ... opus* The *Psalterium octuplex*, written by Agostino Giustiniani (c. 1470–1536) of Genoa. It was published in November 1516 (Allen, Ep. 810, n. l. 356 and R.G. Hobbs, *Contemporaries* II, s.v.). Lefèvre recommends it in his *disputatio*; see appendix IV, ll. 72–76, possibly because Agostino Giustiniani quotes Lefèvre’s interpretation of *Ps.* 8, 6 with approval in the *Psalterium octuplex*, f° B ii. In the present apologia, Erasmus speaks about it sarcastically and slightly, ll. 423–441. He later regretted this; see Ep. 906, from Erasmus to William Budé, Louvain, 22 December, 1518, ll. 482–483: “... proinde dolet quod illius nomen in Apologia perstrinxerim.” In spite of this, Erasmus never altered the passage about Giustiniani in the present apologia. Remarkably, in Ep. 878, from Erasmus to <Hermann, Count of Neuenahr>, Louvain, 19 October 1518, ll. 2–3, Erasmus claims to have spoken positively about Giustiniani’s work. For more information, see Allen, Ep. 906, n. l. 483, *e coelo delapsum Adag.* 786 (Terraefilius), *LB* II, 329 B–C.  
 424 *apparatu* “with a great deal of fuss”, “with a flourish of trumpets”.  
 425 *recentem* Erasmus is speaking of Giustiniani with disdain, because the latter is not an ancient, but merely a modern author. Giustiniani was born in 1470. (R.G. Hobbs in *Contemporaries*).  
 425–426 *e tripode* Cf. Cic. *Nat.* 3, 16, 42. The reference is to the tripod of the Pythia, the priestess of Apollo in Delphi. *Adag.* 690 (Ex tripode), *LB* II, 297 E–298 C.

tripode redditum. Ego vt hominis istius studium insectari nolim, ita nolim rursus illius autoritate admodum grauari. Etenim quod attinet ad operis vtilitatem, iam aeditum erat Basileae psalterium tribus linguis idque satis, opinor, feliciter et emendate. Nec est vnde praesidium petamus nisi ab his linguis, si quid nos in  
 430 Psalmis torqueat. Nam vt fonteis nemo potest contemnere, ita Septuaginta interpretum omnibus semper fuit grauissima autoritas, nec quod Hieronymus Latine vertit ex Hebraica veritate reiicit ecclesia, etiamsi publicitus non vtitur. Quid autem refert, si posthac psalterium in sexcentas linguas transfusum nobis proponas? Etenim quod ad autoritatem attinet, haud ita multum interest Sueuicum  
 435 an Hybernicum an Gothicum psalterium mihi proferas, an Arabicum Armeniacumue.

Et quum res plurimum habeat fumi plurimumque ostentationis, vix vllum hic fructum video nisi forte vt hoc volumine discamus tot linguas praedicaturi Christum apud eas nationes. Nam si studemus vt hac ratione inter barbaros spargatur  
 440 euulgeturque christiana religio, propius ad rem faciebat euangelicam historiam et apostolicas epistolas totidem linguis producere quam psalterium.

Iam de annotationibus quas ex cabalisticis et talmudicis et rabbinis Iudaeorum adducit, primum paucas deinde plerasque etiam frigidas, in praesentia non disputabo pluribus. Hoc tantum fatebor, mihi quicquid vsquam adhuc hauriri  
 445 video ex apocryphis Hebraeorum libris, maxima ex parte aut suspectum haberi aut videri frigidum nec magnopere facere ad nostrum Christum. Porro quod ad eruditionem hominis pertinet, primum quam Graece Latineque calluerit, ex ipsius praefationibus facile deprehendet quisquis vtranque linguam perdidicerit. Iam qualis sit in caeteris, aliis coniectandum relinquo. Quorsum igitur attinebat  
 450 vt illius praefationem tot linguis legeremus, velut hoc argumento protinus credituri illum has callere linguas? At hoc opus non probant modo, verum etiam | suspiciunt ac mirantur duo praedicatorii sodalitiij fratres. Non adducam huc illud e triuio mutuum muli. Ista comprobatio plus habebit ponderis apud eruditos, si comprobatum sit istos, qui opus hoc comprobarunt, intellexisse quod probant.  
 455 Neque enim arbitror hanc tyrannidem in litterariam etiam politiam esse recipiendam, vt hic aut ille librum suo arbitratu nunc creta nunc carbone notet, etiam si nihil intelligat. Nam quid aliud est autoritas sine iudicio quam tyrannis? Et tamen hic vt Augustini tui studium non improbo, quod fauorem promereatur quisquis quocunque modo conetur illustrare sacras literas, ita tuum candorem,  
 460 mi Faber, amo proboque, sed miror cur hunc vni Erasmo non praestiteris, praesertim toties amico tum huc prouocatus.

Sed haec pluribus fortasse quam sat est. Illud haud dum scio, nunquid ad me pertineat quod ais *falsum* tibi videri *angelos nullis malis attingi posse*, quum et peccato fuerint obnoxii et poenam horreant. Quasi vero Christum cum impiis angelis conferam aut, cum malum dico, de peccatis aut poenis sentiam admissorum. De his malis illic ago quibus humana natura est obnoxia et mihi satis est quod angelus mori non potest, sitire non potest, crucifigi non potest. Neque vero, vt dixi, cum malis angelis Christum arbitror conferendum, sed cum his potius quo-



470 rum felicitas iam in tuto est, de quibus et absolute dictum verum arbitror nullis malis attingi posse.

Atque hactenus quidem non admodum cruenta fuit velitatio, dum nunc impetis, nonnunquam concedis ac parcis *aduersario*. At in his quae sequuntur

428 iam *A-C E BAS*: ita *D*.

435 *tert. an BAS*: aut *A-E*.

427-430 *Etenim ... torqueat* These words seem to suggest that in Erasmus' view Lefèvre's *Quincuplex Psalterium* of 1509 was not a very useful work either.

428 *psalterium tribus linguis* This Psalterium is incorporated in the *Opera Omnia* of Jerome, edited by Erasmus in co-operation with Conrad Pellicanus and published by Froben, Amerbach and Rechburgius in Basel in 1516. The Psalterium appears in it in Greek, Latin and Hebrew. Both Jerome's Latin translation *iuxta Hebraeos* and his Latin translation *iuxta LXX* are included.

430 *fonteis* Cf. *Adag.* 1087 (E dolio haurire), *LB* II, 442E-443B.

434-435 *Sueuicum ... Gothicum* Erasmus mentions the languages Swedish, Irish and Gothic ironically, as examples of very strange languages of barbarian countries.

435 *Hybernicum* "Irish". For Erasmus' view of the Irish, cf. *ASD* IX, 2, p. 181, n. l. 289.

437 *res* The content of Giustiniani's *Psalterium Octuplex*.

*fumi Adag.* 3783 (*fumus ... dicuntur promissa magna quidem, sed inania*), *LB* II, 1141 D-E.

438 *tot linguas* Giustiniani's work contains the Psalter in Hebrew, Greek and Arabic, with a Latin translation of each. It also contains an Aramaic Targum and rabbinic scholia.

442-443 *cabalisticis ... Iudaeorum* For Erasmus' negative opinion on these Jewish books, see also S. Markish, *Erasmus and the Jews*, Chicago and London, 1986, p. 73.

443 *frigidas* "insipid", "vain", "without point".

449 *coniectandum* "to draw their conclusions".

450 *praefationem tot linguis* The preface in Giustiniani's *Psalterium* is given in Latin, Greek, Hebrew, Arabic and Aramaic.

451-452 *suspiciunt* "they admire", "honor".

452 *duo ... fratres* These two Dominicans are Bernardus Granellus and Caspar de Varagine, who examined Giustiniani's *Psalterium* on behalf of the inquisition. They

442 *rabbinis B-BAS*: *rabbi A*.

469 *arbitror BAS*: *est A-E*.

are mentioned on the imprimatur on f° A4r°. They do not appear in J. Quetif and J. Echard, *Scriptores ordinis praedicatorum I-II*, Paris, 1719-1721.

452-453 *e triuio* "ex trivio", "off the street", "from the mob", "common", Cic. *Mur.* 6, 13.

453 *mutuum muli Adag.* 696, *LB* II, 300 A-D. (*Mutuuum muli scabunt. Vbi improbi atque illaudati se vicissim mirantur ac praedicant.*)

455 *politiam* Synonym of "res publica".

456 *creta ... notet Adag.* 454, *ASD* II, 1, pp. 527-528 (*creta notare pro eo quod est approbare et carbone notare quod est damnare.*)

457 *sine iudicio* Erasmus here refers to the authority of incompetent people as *sine iudicio*, because they assert their opinion about translations they cannot judge about.

458 *Augustini* Agostino Giustiniani, see the present apologia, n. l. 423.

460 *proboque* *Ov. Met.* 7, 20.

*miror ... praestiteris* Erasmus wonders why Lefèvre did not treat him kindly, although Erasmus favoured Lefèvre so much; see the present apologia, ll. 123-130. Erasmus complained about this already earlier in this apologia, see ll. 209-220, but see also n. ll. 215-218.

461 *tum* "And moreover".

*prouocatus* For Erasmus' claim that, in several letters, he tried to provoke a response from Lefèvre, see the present apologia, ll. 139-149 and n. ll. 148-149, l. 180 and n.

463 *falsum .. posse* See appendix IV, l. 53. Cf. the present apologia, n. l. 370 and appendix III, ll. 10-13. Lefèvre elaborates on the theme that angels can sin and be punished for it in his *disputatio*, see appendix IV, ll. 52-61.

471 *velitatio* "wrangling dispute".

472 *aduersario* For Lefèvre's use of this word, cf. the present apologia, n. ll. 342-343.

*quae sequuntur* I.e., in Lefèvre's *disputatio*; see appendix IV, from l. 62.

nihil inter nos conuenit, perstrepunt classica, crudescit pugna, omni machinarum genere premor et vrgeor miser. Quo me vertam? Quem deum aut hominum  
 475 implorem, imbecillis, inermis et huius militiae rudis miles, cum tantus ac tam exercitatus bellator cominus vrgeat? Iam non de asini, quod dici solet, vmbra certamen est, de capite agitur, ferro petuntur vitalia atque, vt aptius dicam, mihi sane περὶ τῶν κρεῶν δρόμος.

Vt piaculum admissum insectaris quod scripserim: *verum siue legas a Deo siue*  
 480 *ab angelis, idem manet scrupus*. Quis, inquis, relinquitur scrupus si constat legendum esse *a Deo*? Si istud vsque adeo constat, doctissime Faber, et si altera lectio falsa, impia, haeretica et diuinae scripturae aduersa, quin hoc persuades orbi christiano? Quin synodum imploras vt tantus error ex omnibus ecclesiae codicibus aboleatur? Quin Ambrosii, Hilarii, Augustini, Chrysostomi, Theophylacti  
 485 et, ne persequar omnes, vniuersorum orthodoxorum, vno excepto Hieronymo, vicem deploras, qui per omnem aetatem sic legerint, sic scripserint, sic docuerint?

Christus, vt ais, nec paulum nec multum fuit imminutus ab angelis et tamen haec vox in omnibus Christiani orbis ecclesiis auditur, haec in scholis, haec in sacris concionibus publicitus resonat. O rem horrendam, si tam certo verum  
 490 est, quam tu firmiter asseueras, Christum nec paulum nec multum ab angelis fuisse diminutum. Atqui si tuam aspernatus sententiam huic adhaesissem, tamen haud merebar obiurgari si Septuaginta interpretum autoritatem quae Hilario, Ambrosio, Augustino ac pene doctoribus omnibus olim sacrosancta fuit, quam ipsi etiam apostoli non dedignantur aliquoties sequi et, si quid huic addit  
 495 momenti, aeditio Chaldaica, si vtriusque orbis Graecanici et Romani publicum in hac re consensum, si consuetudinem tot seculorum autoritate comprobata vnius Hieronymi annotationi anteponerem. Pudens, non impius videri poteram, si minus ausus fuissem a totius orbis populo pariter ac senatu dissentire, vnius Hieronymi secutus suffragium licet alias grauissimum.

Certe non fugit ecclesiasticos proceres quid verterit aut admonuerit diuus  
 500 Hieronymus et tamen tot iam aetatibus diuersam sequuntur lectionem idque tum publicitus, tum magno consensu. Nam quod hunc enarrans psalmum ceu classico hortaris ad eluendas e codicibus mendas, quid sibi velit non satis intel-  
 LB 27 ligo. Neque enim id sentis, opinor, lectionem hanc errore librariorum inductam  
 505 fuisse vt *mendum* appellari debeat. Quicquid habent Hebraei, certe *ab angelis* tradiderunt nobis Septuaginta idque hactenus constanter sequitur ecclesia, haudquaquam, opinor, factura ni iudicasset neutram lectionem cum impietate

484 Theophylacti *BAS*: Vulgarii *A-E*.

489 resonat *BAS*: praedicatur *A-E*.

499 suffragium *B-BAS*: autoritatem *A*; grauissimum *B-BAS*: grauissimam *A*.

473-476 *perstrepunt ... vrgeat* For Erasmus' metaphorical use of terms belonging to the world of warfare, cf. the present apologia, ll. 159-164 and n.

474 *miser* Cf. Ter. *And.* 649: "nescis quantis in malis vorser miser."

*Quo me vertam?* Ter. *Hec.* 516. Cf. the present apologia, l. 241-242: *Vide quo me deieceris angustiae?*

474 *deum* I.e., *deorum*.

476-477 *de ... est* *Adag.* 252, *ASD* II, 1, pp. 362-365.

- 478 *περὶ ... δόμος* For this use of *κρέας*, cf. Aristoph. *Equ.* 421 and 457. For this reproach, cf. the present apologia, ll. 335–338.
- 479–481 *Vt ... Deo* See appendix IV, ll. 77–79. Up until l. 148, Lefèvre argues that reading *a Deo* in *Hebr.* 2, 7 is christologically unobjectionable.
- 479 *scripserim* Lefèvre's rendition of Erasmus' opinion does no justice to Erasmus' own words. Erasmus had written: *videtur idem manere scrupus* (appendix III, l. 22), but Lefèvre quoted this as *idem manet scrupus* (appendix IV, ll. 77–78). Cf. the present apologia, ll. 546–549 and nn.
- 481–486 *Si ... docuerint* Cf. the present apologia, ll. 399–404 and nn. ll. 400–404.
- 482 *falsa ... adversa* Cf. appendix IV, ll. 116–119, ll. 132–136 and ll. 147–148.
- 484 *Ambrosii* Neither Ambrose nor Ambrosiaster quotes *Hebr.* 2, 7 with the reading 'ab angelis'. So Erasmus seems to intend passages as cited in the present apologia, ll. 880–900, where Ambrosiaster emphasizes Jesus' humiliation.
- Hilarii* I have not found a quotation of *Hebr.* 2, 7 in the form 'ab angelis' in Hilary; see, however, the present apologia, ll. 400–402 and n. l. 401, and ll. 910–911 and n.
- Augustini* Cf. ll. 532–536 and ll. 901–907.
- Chrysostomi* *Enarr. ad. Hebr.*, 2, 7, hom. iv, Migne PG 63, 38.
- Theophylacti* *Expos. ad Hebr.*, 2, 6–7, Migne PG 125, 208 B12–C9.
- 486 *vicem deplorat* "(Why do you not) lament the fate of ...".
- 487–489 *Christus ... resonat* Cf. the present apologia, n. ll. 400–404.
- 487 *Christus ... angelis* See appendix IV, ll. 81–84 and ll. 157–158.
- 488–489 *omnibus in ... resonat* The reading "ab angelis" is that of the Vulgate of both *Ps.* 8, 6 and *Hebr.* 2, 7. In Scripture lessons both passages could therefore only have the form "ab angelis", never "a Deo". The Psalter of the Roman Breviary, from which the complete Psalter was recited each week, is that of the Vulgate (i.e., the *Psalterium Gallicanum*). Consequently, in the Breviary, too, *Ps.* 8, 6 reads "ab angelis". The Psalter used in the fixed liturgical texts of the Mass and in the office of St. Peter in Rome is the *Psalterium Romanum*, but in this Psalter, too, *Ps.* 8, 6 reads "paulo minus ab angelis"; see R. Weber *Le Psautier Romain* (Collectanea Biblica Latina 10), Rome 1953, p. 14. Erasmus is correct, therefore, in stating that the only form in which *Ps.* 8, 6 occurred in ecclesiastical, liturgical practice was the form "ab angelis"
- 489–490 *si ... asseueras* Cf. the present apologia, ll. 511–512 *quam ... asseueras*.
- 494–495 *si ... momenti* This clause testifies to Erasmus' disparaging view of the targum. Cf. the present apologia, ll. 427–430, where Erasmus argues that it is unnecessary to use other versions than those included in the *Psalterium tribus linguis*, edited by Erasmus *et. al.* in 1516, and incorporated in Jerome's *Opera Omnia*. In 1516, however, Erasmus did use the testimony of the targum; see appendix III, ll. 47–48.
- 495 *aeditio Chaldaica* Erasmus here assumes that the targumim occasionally confirm the Septuagint reading of *Ps.* 8, 6. This is a correct supposition; see, for example, the targum at *Ps.* 8, 6, ed. P. de Lagarde, *Hagiographa, Chaldaice*, Leipzig, 1873 (reprint Osnabrück, 1967), p. 4, l. 29. The relevant Aramaic passage offers the same interpretation of "elohim" as the LXX: "the angels".
- 497 *vnus Hieronymi* Elsewhere in the present apologia, see l. 824, Erasmus even suggests that Lefèvre was the only author to hold the view that one should read 'a Deo' in *Hebr.* 2, 7, since Jerome's authorship of the *Comm. in Ps.* is questionable. But then Erasmus forgets that Jerome's translation of the Psalms *iuxta Hebraeos* (which is undoubtedly his work), *ad Ps.* 8, 6 also reads *a Deo*. For the suggestion that Lefèvre is the only interpreter who reads *a Deo*, see also the present apologia, ll. 537–546 and n. ll. 542–546.
- 499 *suffragium* "vote", "voice", hence "opinion".
- 503 *classico* Cf. *Adag.* 2488 (Bellicum canere. Receptui canere), *ASD* II, 5, p. 340, ll. 284–296.
- hortaris ... mendas* Lefèvre 1509, see appendix I, l. 93: *Mendas codicum eluite ...*
- 504 *librariorum* "of the scribes, copyists". Cf. Erasmus, *Apologia*, ed. Holborn, p. 165, l. 31 and p. 166, l. 18.
- 507–508 *haudquaquam ... esse* This argument is not conclusive, for the Church could also have followed the reading *ab angelis*, if it had rejected the reading *a Deo*. Probably Erasmus merely expressed himself infelicitously. He means to say that if the Church had considered the reading *ab angelis* impious, it would not have been accepted.

coniunctam esse, quod tu magnopere et sine fine contendis, nisi forte impium non est palam ac serio mentiri de Christo eaque publice in diuino cultu ac tem-  
 510 plis canere quae *propheticae intelligentiae*, quae diuinis literis, quae tibi nescio cur  
 vbique peculiari vocabulo dicantur eloquia, ἐκ διαμέτρου repugnant. Si tam con-  
 staret, quam tu constanter asseueras, apud Hebraeos nihil aliud accipi posse  
 quam *Deum*, tamen si quid nouasset Spiritus Sanctus siue per interpretes Septu-  
 515 cuiquam christiano contumeliose reiiciendum, quod nec ipse Hieronymus ausus  
 est facere duobus tantum verbis indicans quid legerent Hebraei, non damnans  
 quod vertissent Septuaginta.

At constat, inquis, quod Paulus sic adduxerit. Primum apud me certe non  
 constat hanc epistolam a Paulo scriptam Hebraice, etiam si plerique id opinentur.  
 520 Deinde si nusquam Paulus sequitur aeditionem Septuaginta, donabo fortassis  
 non videri probabile hic voluisse sequi. Quod si compertum est, vt est, eum aliis  
 locis frequenter vti ea, prodigiosum non sit si idem hic fecisset, praesertim  
 cum in Actis apostolorum cum Hebraeis agens Esaias locum non iuxta  
 Hebraicam veritatem, sed iuxta Septuaginta aeditionem adducat, *vade ad popu-*  
 525 *lum istum et dic ad eos: aure audietis et non intelligetis* et caetera. Sed hoc mox  
 propius et suo loco diligentius excutiemus.

Interim quod institueram persequar. Nihil video causae, Faber eruditissime,  
 cur mihi impingendum putaris quod vtranque lectionem recenseo neutra reiecta.  
 Nihil enim aliud hic de nobis queri potes. Et fauebam et faueo tuae  
 530 Hieronymique sententiae, sed mihi tum non est visum sic alteram recipere, vt  
 alteram velut impiam et haeticam repudiarem, quae talis non est visa sacro-  
 sanctis ecclesiae doctoribus et in primis Augustino qui hunc locum non veretur  
 ad hunc interpretari modum. Nam ipsius verba subscribam si forte requiris:  
*quandoquidem et angeli sunt opera manuum Dei, etiam super angelos constitutum*  
 535 *accipimus vnigenitum Filium, quem minutum paulominus ab angelis per humili-*  
*tatem carnalis generationis atque passionis* audiuimus et credimus.

Imo nec ipse Hieronymus, cuius vnus autoritate niteris, cum alias fre-  
 quenter, tum quartum edisserens caput epistolae ad Galatas, dubitat hanc sequi  
 lectionem ita scribens: *quod autem ait: sicut angelum, sicut Christum Iesum sus-*  
 540 *cepistis me et angelo Christum ostendit esse maiorem quem secundum dispensationem*  
*corporis minorem psalmista cantauerat dicens: minuisti eum paulominus ab angelis.*  
 Proinde Hieronymi autoritas eiusdem autoritate poterat refelli, qui tribus verbis  
 duntaxat annotauit apud Hebraeos haberi *a Deo* idque in eo opere de quo docti  
 vehementer addubitant num eius sit cui inscribitur. At idem in his libris, de  
 545 quibus nullus ambigit quin ipsius sint, eam lectionem amplectitur quam tu vt  
 Christo indignam iubes explodi. Vt sileam interim quod mea adducens pro eo  
 quod modestius scripseram, *videtur idem manere scrupus*, tu recitas: *idem manet*  
*scrupus*, quasi nihil intersit inter dubitantem inquirentemque et asseuerantem,  
 inter vestigatorem et dogmatistem.

550 Ego delectum lectionis suo cuiusque iudicio relinquens, aperio difficultatem quae videbatur obstare intelligentiae. Nam cum vtiq̄ue verum sit quod legimus Christum diminutum, aut secundum diuinam naturam imminutus intelligatur

522 frequenter *B-BAS*: *deest in A*.

522–525 praesertim ... et caetera. *B-BAS*: *deest in A*.

524 adducat *B E BAS*: adduceret *C D*.

508 *quod ... contendis* Lefèvre argues in his *disputatio*, appendix IV, ll. 116–192 that the reading *ab angelis* is impious.

*impium* Erasmus chooses this word because Lefèvre had used it against him, see appendix IV, l. 134.

510 *propheticæ intelligentiæ* See *ibid.*, l. 33.

511 ἐκ διακρίτων *repugnant* *Adag.* 945, *LB* II, 380 E–F.

512 *quam ... asseueras* See appendix IV, ll. 6–12.

513 *nouasset* “had changed”.

516–517 *duobus ... Septuaginta* Hier., *Comm. in Ps.*, *CCSL* 72, ed. P. Antin, Turnhout, 1959, p. 191.

516 *non damnans* Cf. the present apologia, n. l. 18.

518 *At ... adduxerit* See appendix IV, ll. 8–9.

518–519 *apud .. Hebraice* For Erasmus’ doubts about the Pauline authorship of *Hebr.*, see: *LB* VI, 1023 D–1024 F and Ep. 1171, from Erasmus to Matthew Schinner, Louvain, 16 December 1520, ll. 6–11. Cf. E. Rummel, *Erasmus and his Catholic Critics*, I 1515–1522, Nieuwkoop, 1989, p. 208, n. 45.

524–525 *vade ... intelligetis* *Act.* 28, 26, a paraphrase of *Is.* 6, 9 LXX.

531 *impiam et haeticam* Erasmus is referring to Lefèvre’s condemnation of Erasmus’ opinion that Jesus had been humiliated *infra abiectissimos etiam homines* (appendix III, ll. 23–24; appendix IV, ll. 132–136).

534–536 *quandoquidem ... credimus* Aug. *Enarr. in Ps.* 8, 11, *CCSI.* 38, edd. D.E. Dekkers and I. Fraipont, Turnhout, 1956, p. 54, ll. 7–11. This text reads “audimus” where Erasmus writes *audiuimus*. The *apparatus criticus* in Dekkers-Fraipont, *ad locum*, does not mention the variant reading *audiuimus*.

539–541 *quod ... angelis* Hier., *Comm. ad Gal.*, 2, 4, Migne *PL* 26, 407 D3–8. Migne reads “esse ostendit” where Erasmus reads *ostendit esse* and “minorasti” where Erasmus reads *minuisti*.

542–546 *Proinde ... explodi* Cf. *LB* VI, 988 F:

534 super *A-C E BAS*: supra *D*.

537–546 Imo ... explodi *E BAS*: *deest in A-D*.

539 angelum *BAS*: angeli *E*.

“... commentarii quos habemus in Psalmos aut non sint Hieronymi aut certe multis locis contaminati sint alienis emblematis ...” In his edition of Jerome’s work, Erasmus also put the authorship of the *Comm. in Ps.* into doubt, vol. I,  $\text{F}^{\circ}\gamma\text{v}^{\circ}$  (Allen, Ep. 778, n. l. 184). The authenticity of the *Comm. in Ps.* has actually been called into question by other scholars; see P. Antin in his introduction to the *Comm. in Ps.* of Jerome (*CCSL* LXXII, Turnhout, 1959), pp. 165–166. The authenticity of the *Comm. in Gal.*, however, has never been doubted. Cf. O. Bardenhewer, *Geschichte der altkirchlichen Literatur* III, Freiburg im Breisgau, 1912, pp. 620 and 625. In the last edition of the *Annot. in N.T.* Erasmus added after *Hieronymus* (appendix III, l. 3), “... aut si quis alius fuit ...”, *LB* VI, 985 D. Cf. Ep. 778, from Erasmus to William Budé, Louvain, 22 February <1518>, ll. 183–186, and the present apologia, l. 824 and n.

545–546 *quam ... explodi* Cf. appendix IV, ll. 134–135.

547 *videtur ... scrupus* See appendix III, l. 22. Cf. the present apologia, l. 479 and n. and l. 732 and n.

547–548 *idem manet scrupus* See appendix IV, ll. 77–78.

548–549 *quasi ... dogmatistem* Cf. the present apologia, ll. 302–305 where Erasmus emphasizes that what he wrote were *annotationes*, not dogmata. See also *ibid.*, n. l. 304.

550–551 *Ego ... intelligentiæ* Erasmus knows that this view on the task of commentators is supported by that of Jerome; see Hier. *Adv. Ruf.* I, *CCSL* 79, ed. P. Lardet, Turnhout, 1982, pp. 14–15, ll. 15–22. Cf. the present apologia, ll. 290–316 and nn.

551–553 *Nam ... humanam* Erasmus fails to mention here the possibility of Christ’s being humiliated with regard to his divine nature as well as to his human nature.

oportet aut secundum humanam. Si secundum diuinam, non fuit vlllo pacto inde  
 diminutus in quo semper fuit aequalis. Si iuxta humanam assumptam, opinor  
 555 non mediocre interuallum esse inter angelicam felicitatem et humanae vitae  
 calamitatem. Neque enim arbitror ob id tantum dici deiectum quod humanam  
 1.B 28 naturam assumpserit, sed quod | omnia ferme huius vitae incommoda, qua de re  
 mox aliquanto copiosius disseremus.

Quanquam sunt hic et alia abs te dicta, vt mihi videtur, parum attente, quae  
 560 tamen non sit operae precium diligentius refellere, velut illud quod sic mecum  
 agis quasi ego senserim scrupum in hoc esse situm *a Deo* legendum sit an *ab*  
*angelis*, quum palam explicem in hoc esse scrupum quomodo Filius Dei dici  
 possit paululum imminutus *a Deo*, quum humanae naturae cuius assumptione  
 565 paululum imminutus *ab angelis*, quum non mediocre sit interuallum inter  
 angelos immortales et carnem morti obnoxiam iuxta quam Christus dicitur ex-  
 inanisse se.

Deinde quod adducis, *quis enim in nubibus aequabitur Domino aut quis erit*  
*similis Deo in filiis Dei*, non hoc docet quod tu parum dialectice colligis, angelos  
 570 esse multo inferiores Deo. Neque enim quisquis aequalis aut similis negatur, is  
 protinus est multo inferior, quandoquidem fieri potest vt primo proximus sit qui  
 tamen aliquanto sit impar, veluti qui triginta natus sit annos non est quidem  
 aequalis annos nato triginta vnum, nec tamen multo est minor.

Vnde liquet et illud quam absurde colligas: *dilucidum igitur est*, inquis, *non*  
 575 *idem esse* siue *legatur 'paulo minus a Deo' aut 'ab angelis'*. Nam huiusmodi flosculis  
 omnis tuus scatet sermo. Neque enim simpliciter dictum est mihi nihil interesse  
 vtro modo legatur, sed nihil interesse quod attinet ad 'paululum', siue 'paulomi-  
 nus'. Quae sententia, si minus tibi probabatur, erat solidioribus argumentis  
 580 refellenda priusquam tanta cum autoritate aduersum nos ferres sententiam.  
 Quanquam huiusmodi permulta mihi dissimulanda sunt, ne cui vel molestus sim  
 loquacitate vel argutior videar quam candidior.

Verum hic obiter me flagellas, fortassis non omnino sine causa sed tamen  
 paulo superciliosius, mi iacobe, si quidem scriptis respondet animus. Refutas  
 enim ac reiicis velut impium quod dixerim aliquid intelligi posse *de homine*  
 585 *assumpto*, quod quae in Christum Deum et hominem competunt non oporteat  
 de altera natura enunciari. Quo quidem in loco multa repetis de summa vnitatem  
 hypostaseos Iesu Christi.

Adduci non possum vt credam te vsque adeo male sentire de Erasmo, vt me  
 putes adeo stupidum aut indoctum vt numquam legerim apud theologos Iesum  
 590 Christum vnam esse personam, eundem Deum et hominem, et quanquam  
 quaedam in illum competunt ratione diuinae naturae, quaedam humanae,  
 tamen vtrocunq; nomine de illo praedicari propter hypostaseos vnitatem, si ita  
 permittis me loqui, adeo vt recte Deus dicatur fleuisse, doluisse ac mortuus esse  
 et Dominus gloriae crucifixus, rursus homo dicatur aequalis Deo Patri. Haec si  
 595 me non docuissent sacri doctores Hieronymus, Hilarius, Ambrosius, Augustinus,

certe ex tertio libro Theologicarum sententiarum, quibus nihil est vulgatius, didicisse poteram, nisi forte credis et has mihi nunquam lectas. Itaque vehementer ineruditum me iudicas, si credis hoc me latuisse quod neminem fugit qui vel primoribus labris prima theologiae rudimenta attigerit. Rursum vehementer  
 600 impium, si quum id sciam, existimes me velle dirimere personae siue hypostasis, quae est Christus Iesus, vnitatem. Quod si neutrum horum arbitraris, quid est quod tam proluxa agis disputatione et verbis pene tragicis insectaris? *Refutamus*, inquis et rursum aliquanto post: *si igitur in illo Psalmorum loco Filium hominis et id quod ipsum refert intelligeremus de homine assumpto et non de hypostasi contra*  
 605 *consuetudinem diuinarum scripturarum et intelligentiam Spiritus, irrationabiliter faceremus quod nequaquam est admittendum.*

Non dubito quin tibi recognoscenti minus placeant ista, quam ea scribenti pridem calor quidam et feruor animi commendabat. Nam more hominum fit vt

574 inquis *E BAS: deest in A-D.*

578 probatur *A C-BAS: probatur B.*

591 competunt *BAS: competant A-E.*

593 Deus *E BAS: et Deus A-D.*

553-554 *Si ... aequalis* See, on the other hand, the present apologia, ll. 586-594, where Erasmus contends that one is allowed to say that God suffered and was crucified, because Christ was both God and man.

558 *max ... disseremus* See the present apologia, ll. 791-796.

568-569 *quis ... Dei* See appendix IV, ll. 80-81. This is a paraphrase of *Ps.* 88, 7.

574 *absurde colligas* This wording may have some connection with Lefèvre's use of the word *absurdum* against Erasmus in his *disputatio*, cf. appendix IV, l. 106.

574-575 *dilucidum ... angelis* See appendix IV, ll. 88-89.

576-578 *nihil ... paulominus* Erasmus means that, no matter whether one translates *a Deo* or *ab angelis*, it is impossible in either case to maintain that Christ was humiliated only a little (*paululum* or *paulominus*); see the present apologia, ll. 550-557 and appendix III, ll. 21-22 and n.

579 *tanta cum autoritate* Cf. the present apologia, ll. 255-259.

583 *si ... animus* Cf. the present apologia, ll. 607-610, where Erasmus even supposes that Lefèvre already regrets the tone of his *disputatio*.

*Refutas* See appendix IV, l. 96.

585-586 *quod ... enunciari* See appendix III, ll. 22-38.

586 *multa repetis* See appendix IV, ll. 95-127.

593-594 *adeo ... crucifixus* Erasmus cannot

have learned this "patripassionism" from the authors mentioned in ll. 594-596, since they reject it as a heresy. See also A. Michel, *Idiomes (Communication des)*, DTC VII, 1, Paris, 1927, pp. 595-602.

593 *Deus* The first four editions of this apologia, *A-D*, here read "et Deus". This was altered in *E* and *BAS* into "Deus", perhaps to emphasize the unity of the Father and the Son.

594 *Dominus gloriae* 1 *Cor.* 2, 8.

596 *ex ... sententiarum* See *Magistri Petri Lombardi Sententiae in iv libris distinctae*, Collegium S. Bonaventurae ad Claras Aquas, Grottaferrata, Rome, 1981, iii, 6, 2, pp. 50-52 and iii, 9, pp. 68-71.

598-599 *qui ... attigeret* "who was acquainted only superficially with the basic principles of theology", cf. Cic. *Nat.* 1, 8, 20: "quae ipsi rhctores ne primoribus quidem labris attigissent".

600 *impium* See appendix IV, l. 134.

602 *verbis pene tragicis* For Erasmus' use of the imagery of tragedy and theatre for the controversy between Lefèvre and himself, cf. the present apologia, ll. 75-77 and n.

*Refutamus* See appendix IV, l. 96.

603-606 *si ... admittendum* See appendix IV, ll. 116-119.

607-610 *Non ... iudicare* Cf. the present apologia, ll. 583: *si quidem scriptis respondet animus.*

608 *feruor animi* Cf. Cic. *Tusc.* 4, 10, 24.

LB 29 quae commentanti veniunt in mentem nobis veluti partus ingenii nostri impen-  
 611 dio blandiantur, neque enim eiusdem est gignere et iudicare. | Primum non  
 diuinis circumspecte et religiose loquendum, tamen anxie ac putide non puto  
 oportere, praesertim apud te qui captiones istiusmodi verborum sophisticasque  
 λογομαχίας soles negligere.

615 Certe quid sentirem satis intelligebas ex iis quae praecesserant, quum aio:  
*Thomas refert hunc locum ad humanitatem Christi qui minor angelis factus sit, non*  
*iuxta animam sed iuxta corpus assumptum.* At quod hic dixi referri ad *humani-*  
*tatem Christi*, paulo post commutatis verbis dico intelligi *de homine assumpto*.  
 620 Quid enim aliud est *assumptus homo* in Christo nisi *humanitas Christi*, vt interim  
 explicandae rei gratia humanitatis vocabulo abutamur. Quid aliud est intelligere  
 locum psalmi de ea, quam intellectu quod dictum est ad eam referre? Quod si  
 nullo modo permittis nobis sic loqui, cur non et prior ille locus aures tuas  
 offendebat quo sic loquor referri ad *humanitatem Christi*? Nihilo magis enim dici  
 conuenit humanitatem *a Deo* diminutam, quam hominem assumptum *a Deo*  
 625 diminutum. Neque enim cum alterutri naturae quippiam tribuimus, ita  
 tribuimus quasi sit sola in Christo, sed quasi cum altera ὑποστατικῶς coniuncta  
 vel vnita potius, vt et sic interim loquamur. Sed tamen eidem Christo varia  
 tribuentes alio atque alio respicimus, haudquaquam plures ex vno dissecto  
 facientes sed pro diuersitate rerum non eodem referentes quod tribuimus, veluti  
 630 Nepotianus in eodem Heliodoro diligebat auunculum, venerabatur episcopum,  
 imitabatur monachum, non ex vno plures faciens sed in vno diuersa considerans.

Quid autem vetat quippiam enunciare de altera natura, quod idem simpliciter  
 in Christum competat? Age, si dicam: 'humanitas Christi nos docuit humana  
 contemnere, diuinitas euehet ad aeterna', rursum 'ab homine discamus modes-  
 635 tiam ac tolerantiam, a Deo speremus immortalitatem', quaeso num cuiusquam  
 offendentur aures? Imo quid vetat etiam si singulis quae in Christo sunt *substan-*  
*tiis*, nam hoc verbo vsus est hic Augustinus, tribuamus quod idem in Christum  
 competat? Caro Christi plagis afflicta est pro commissis nostris, anima Christi  
 doluit pro nostris malis, diuinitas Christi vicit mortem. Nec minus, opinor, pie  
 640 dixerim his modis et fortassis efficacius quam si dicam: 'Christus secundum  
 carnem afflicta est, Christus secundum animam doluit, Christus secundum  
 diuinitatem vicit mortem'. Nec enim offensurus sit, opinor, te qui 'hominem  
 assumptum' dixerit pro 'humanitate' siue 'humana natura assumpta', quandoqui-  
 dem hanc sermonis formam et publicus Latinorum vsus approbat, nec veretur vti  
 645 solenniter ecclesia nec refugiunt sacri doctores. Nam qui minus dicamus 'assump-  
 sit hominem' quam 'exiit hominem' pro his: 'coepit esse homo' et 'desiit esse  
 homo'?

Fateor non apposite dici 'Christus est humanitas' cum recte dicatur 'homo',  
 quod 'humanitas' naturae sit vocabulum, 'homo' suppositi, quando hoc verbi  
 650 recentioribus theologis arridet, veteribus inaudita vox. Tibi, vt videtur, impense  
 placet hypostaseos vocabulum, olim Hieronymo suspectum odio, opinor,



655 Arianorum a quibus ea vox profecta videbatur. Caeterum hominis nomen vtroque modo vsurpatum reperies apud autores probatissimos, frequenter ita loquentes: Christus iuxta hominem filius virginis, iuxta hominem mortalis et iuxta hominem assumptum, pro eo quod est iuxta humanam naturam. Et chorus ecclesiasticus canit: *tu ad liberandum suscepturus hominem.*

609 veluti *A B E BAS*: velut *C D*.

613 verborum sophisticasque *Ac C-BAS*: verborumque sophisticas *A*, sophisticasque

verborum *B*.

646 coepit *C-BAS*: cepit *A B*.

654 et *B E BAS*: *deest in A C D*.

609 *commentanti ... nobis* The grammatical incongruity is remarkable.

610 *neque ... iudicare* Cf. *Apolog. adv. rhaps. Alb. Pii*, *LB IX*, 1100 D: "nec enim eiusdem est, iuxta Socratem, parere et de partu aedito ferre iudicium." (I owe this reference to Professor C.L. Heesakkers, Leiden). I have not found Socrates' words in Diogenes Laertius, Stobaeus, Leutsch-Schneidewin, Erasmus' *Adag.* and *Apophth.*

611 *rationes enunciandi* "a system for making pronouncements". *rationes* seems to refer to Lefèvre's *irrationabiliter* occurring in the quotation in l. 605.

612 *putide* "too precisely". Cf. Cic. *de Or.* 3, 11, 14.

614 *λογομαχίας* Cf. 1 *Tim.* 6, 4.

615-623 *Certe ... Christi* Cf. appendix IV, ll. 42-52, where Lefèvre indeed does not object to the expression *humanitas Christi* in the quotation from Aquinas which Erasmus gives (next note.) In l. 323, Lefèvre speaks about the *humanitatis assumptio* of Christ. In ll. 95-100, Lefèvre rejects the designation *homo assumptus* for the incarnated Christ.

616-617 *Thomas ... assumptum* See appendix III, ll. 10-13.

616 *Thomas S. Thomae Aquinatis ... Super Epistolas S. Pauli Lectura*, vol. II, ed. P. Raphael Cai, Rome and Turin, 1953, at *Hebr.* 2, 7, pp. 361-362: "Vbi sciendum est, quod ordine naturae, corruptibilia et passibilia minora sunt incorruptibilibus et impassibilibus. Angeli autem secundum naturam sunt impassibiles et immortales. Vnde quando Christus dignatus est passionem et mortem sustinere, minoratus est ab ipsis."

618 *paulo ... assumpto* See appendix III, ll. 22-28.

621 *locum Psalmi* Ps. 8, 6.

626 *ὑποστατικῶς* "in one and the same person".

630 *Nepotianus ... Heliodoro* Heliodorus (330/40-407), bishop in Altino, was a friend and correspondent of Jerome (A. Frutaz, in: *LThK V* (1960), col. 212). With regard to the mutual affection between Heliodorus and Nepotianus, see Hier. *Epist.* 60, written as a consolation upon the death of Nepotianus, *CSEL* 54, ed. I. Hilberg, Vienna and Leipzig, 1910, pp. 548-575

636-637 *substantiis* E.g., Aug. *Trin.* 2, 11, 20, *CCSL* 50, edd. W.J. Mountain and Fr. Glorie, Turnhout, 1968, p. 107, ll. 4 and 20 and *Epist.* 187, *De praesentia Dei liber*, *CSEL* 57, ed. A. Goldbacher, Vienna and Leipzig, 1911, p. 91, l. 14 and p. 92, l. 15.

642-645 *Nec ... doctores* See the present apologia, n. ll. 615-623.

642 *te qui* *te* is not the antecedent of *qui*. The relative *qui* has an included antecedent: "is qui".

649 *suppositi* "concerning the individual substance" or the "essence". Suppositum seems to translate *ὑπόστασις* here, see ll. 659-660: *pro vna natura posuit, non pro hypostasi.*

651-652 *hypostaseos ... videbatur* Hier. *Epist.* 15, *Ad Damasum*, *CSEL* 54, ed. I. Hilberg, Vienna and Leipzig, 1910, p. 64, l. 12-p. 67, l. 13.

654 *filii virginis* Cf. *Is.* 7, 14; *Mt.* 1, 21-23; *Lc.* 1, 31.

656 *tu ... hominem* From the *Tē Deum*, see *Cantuale Romano Seraphicum*, ed. altera, Paris, 1929, pp. 251-252.

Hoc quoque durius est quod dixit Augustinus libro De Trinitate secundo, capite sexto: sicut assumptus est Filius hominis, pro eo quod est, sicut assumpta est natura humana. Si Filius hominis Christi nomen est, certe Augustinus pro  
 660 vna natura posuit, non pro hypostasi, quod tu putas esse sacrilegium. Idem epistola tertia ad Volusianum: *sic autem quidam reddi sibi rationem* postulant *quomodo Deus homini permixtus sit, ut vna fieret persona Christi*. Nonne hominem  
 LB 30 dixit pro natura humana? Idem epistola LVII: *neque enim ipso die in coelo | futurus erat homo Christus Iesus*, an non dixit *homo Christus* pro eo quod erat Christus  
 665 secundum humanam naturam? Ac mox: *restat igitur ut si secundum hominem dictum est: hodie mecum eris in paradiso*. Quin ibidem subinde repetuntur haec verba, *secundum hominem, secundum Deum*. Atque is sermonis color adeo solennis est apud sacrosanctos theologos vt vix reperias aliter locutos.

Quamquam totum hoc, quod hactenus disputatum est, non pertinet proprie  
 670 ad sensum meum. Neque enim illic tam hominem assumptum dixi naturam humanam in Christo quam ipsam naturae humanae assumptionem. Opinor et hanc sermonis formam agnoscere ab omnibus qui Latine sciunt. Conferam exemplum quo quod loquor fiat apertius: si quis laudet quempiam quod prudentissime se gesserit et alter quispiam non satis intelligenti interpretetur ac dicat: 'de  
 675 bello vitato sentit', is non dicit bellum vitatum esse prudens, sed in hoc sitam esse prudentiae laudem quam illi tribuebat, quod bellum vitarit. Rursum quum dicimus: 'exprobrat epotum dolium', non ipsum dolium opprobrat, sed dolii epotationem. Et, 'cruciat hunc amissus liber' pro eo quod est 'excruciat hunc amissio libri'. Ita quum hic propheta dicat Christum *a Deo fuisse diminutum*,  
 680 ostendo eam diminutionem nihil aliud fuisse quam assumptionem humanae naturae. Atque ad hunc modum locutus est diuus Hieronymus enarrans epistolae ad Ephesios caput quartum: *sed sic, inquit, vnum et Dei et hominis Filium confitemur ne dispensationem assumpti hominis qua saluati sumus ex parte credentes, in parte truncemus*.

Arbitror iam satis demonstratum nec in verbis meis esse quod pias aures vlllo pacto debeat offendere. Et tamen si quid etiam fuisset simplicius aut parum circumspecte dictum, quum, vt eleganter ab Hilario dictum est, sensus, non sermonis fiat crimen, non erat hoc tui candoris tot verbis, imo conuiciis insectari praesertim in annotationibus. Alioqui quam multa, quaeso, reperiemus in Ambrosii,  
 690 Hieronymi, Augustini, Gregorii libris quae liceret ad istam rationem calumniari.

Quis enim nunc laturus sit, si quis in Christo mixturam inducat naturarum aut compositionem, vt vnum hoc exempli gratia producam? Atqui is in epistola tertia quam scripsit ad Volusianum, quoties id facit? *Quomodo, inquit, Deus homini permixtus sit*. Ac rursum: *in illa ergo persona est mixtura animae et corporis, in hac persona mixtura est Dei et hominis*. Mox item: *quum enim Verbum Dei permixtum est animae habenti corpus, simul et animam suscepit et corpus*. Iterum paulo post: *ac per hoc Verbi Dei et animae credibilior debuit esse permixtio quam animae et corporis*. An non iniquum sit ex mixturae vocabulo tragoedias excitare, quum intelligamus illum recte sentientem mixturae nomine abusum pro  
 700 vnione.

Olim crassius forte loquebantur theologi, nunc quidam fortasse loquuntur subtilius, at viuunt ac sapiunt crassius. Nisi forte Deum morosum quempiam et captiosum facimus et hominum quorundam similem cum qualibus nemo libens habeat commercium, de quo difficillimum sit verba facere vt non offendas, vt non capiaris. Inter vere pios facile de verbis oportet conuenire quoties de re controuersia non est, praesertim quum et frequenter excuset diuus Hilarius quod rerum huiusmodi sublimitatem nullus hominum sermo satis explicet, nec de iis veteres eodem balbutiant modo, imo ne nunc quidem satis inter theologos conueniat. Augustinus in commentariis suis dominicum hominem appellarat Christum, atque eum sermonem post corrigit ac vitat. Si

660–668 Idem ... locutos *E BAS: deest in A–D.*  
 670 illic tam *B E BAS: tam illic A C D.*  
 681–684 Atque ... truncemus *E BAS: deest in A–D.*  
 682 inquit *BAS: deest in E.*  
 691–700 Quis ... vnione *E BAS: deest in A–D.*  
 694 mixtura *BAS: mixtura est E.*

703 et ... cum *B–BAS: deest in A; qualibus B E BAS: deest in A, quibus C D; nemo B–BAS: deest in A.*  
 704 libens *E BAS: deest in A, liberis B, lubens C D; habeat commercium B–BAS: deest in A.*

658–659 *sicut assumptus ... humana* Cf. Aug. *Trin.* 2, 6, *CCSL* 50, edd. W.J. Mountain and Fr. Glorie, Turnhout, 1968, pp. 93–94.  
 660 *una natura* I.e., the human nature.  
*hypostasi* The person possessing both the divine nature and the human nature.  
 661–662 *sic ... Christi* Aug. *Epist.* 137, *Ad Volusianum*, *CSEL* 44, 3, ed. A. Goldbacher, Vienna and Leipzig, 1904, p. 109, ll. 15–16. This edition reads “flagitant” where Erasmus has *postulant*. The critical apparatus *ad locum* in Augustine does not give the variant reading *postulant*.  
 663–664 *neque ... Iesus* *Epist.* 187, *ad Dardanum*, *CSEL* 57, ed. A. Goldbacher, Vienna and Leipzig, 1911, p. 84, ll. 13–14.  
 665–666 *restat ... paradiso* *Ibid.*, p. 85, ll. 13–14.  
 667 *secundum hominem* *Ibid.*, p. 84, l. 10 and p. 85, l. 13.  
*secundum Deum* *Ibid.*, p. 88, l. 19.  
 682–684 *sed ... truncemus* Hier. *Comm. ad Eph.*, lib. ii, cap. iv, Migne *PL* 26, 531 D4–7. Migne reads “hic” where Erasmus has *sic*.  
 687–688 *sensus ... crimen* Cf. Hil. *Trin.*, 7, 38: “Sed forte intelligentiae sensus in crimine sit.” *CCSL* 62, ed. P. Smulders, Turnhout, 1979, p. 305, ll. 13–14.  
 688–689 *praesertim in annotationibus* I.e., Lefèvre’s *annotationes* in his second edition of the *S. Pauli Epistolae XIV* (1516/7). Earlier in the present apologia (ll. 145–149), Erasmus complained that Lefèvre had not first warned him by letter, but had immedi-

ately attacked him in a widely circulated publication; cf. Ep. 778, from Erasmus to William Budé, Louvain, 22 February <1518>, ll. 130–131: “... ac mediis suis commentariis infulserat ...”  
 692 *is* I.e., Augustinus.  
 693–694 *Quomodo ... sit* Aug. *Epist.* 137, *Ad Volusianum*, *CSEL* 44, ed. A. Goldbacher, Vienna and Leipzig, 1904, p. 109, ll. 15–16. Cf. the present apologia, ll. 617–618.  
 695 *in ... hominis* Aug. *Epist.* 137, *Ad Volusianum*, *CSEL* 44, ed. A. Goldbacher, Vienna and Leipzig, 1904, p. 110, ll. 3–4.  
 695–696 *quum ... corpus* *Ibid.*, p. 110, ll. 9–11.  
 697–698 *ac ... corporis* *Ibid.*, p. 110, ll. 16–18.  
 698 *tragoedias* Cf. the present apologia, ll. 75–77 and n.  
 701–702 *Olim ... crassius* Cf. Ep. 1334, ll. 360–380; *Declarat. ad cens. Lut.*, *LB IX*, 918 D–E, 926 E; *Paracl.*, Holborn, p. 142, l. 28–p. 143, l. 3.  
 706 *quoties ... est* Cf. the present apologia, ll. 82–83 and n.  
 706–708 *diuus ... explicet* Hil. *Liber de Patris et Filii vnitatem*, Migne *PL* 10, 885 A5–C6.  
 709–710 *Augustinus ... Christum* Aug. *De sermone Domini in monte*, 2, 6, 20, *CCSL* 35, ed. A. Mutzenbecher, Turnhout, 1967, p. 110, l. 437.  
 710 *atque ... vitat* Aug. *Retractiones* 1, 19, 8, *CCSL* 57, ed. A. Mutzenbecher, Turnhout, 1984, p. 59, l. 110–p. 60, l. 119.

hoc tanto accidit viro, docendus eram, non obiurgandus, si mihi simile quippiam vsu venisset praesertim aliud agenti, maxime si tibi liquebat quid sentirem. Neque enim ego de Christi hypostasi aliud sentio atque tu. Atque haec excusarem si quid etiam excidisset quod vere reprehendi posset.

LB 31 Verum, vt ad alia pergamus, negas inter nos ver|sari quaestionem *vtum forma*  
 716 *serui in Christo siue homo assumptus parum vel multum sit imminutus a Deo*, tuis enim verbis vtar, *sed an Filius hominis imminutus sit a Deo et id etiam quippiam parum*. Inter nos sane nulla quaestio versabatur, nec ego *hominem assumptum dixi imminutum a Deo*. Tuus iste sermo est, non meus, id quod modo satis declaratum est. Nam si *imminutum* sic accipias vt sit participium, diuinitas potius videri  
 720 possit imminuta quae descendit ad hominem, quam humana natura quae euecta est ad consortium diuinitatis. Sin ita vt sit nomen et perinde valeat ac si dicas 'inferior Deo', non negabis, opinor, humanam naturam in Christo longe inferiorem fuisse diuina natura. Quod si donas, consequetur Christum quatenus erat  
 725 homo longe inferiorem fuisse Deo Patre et, vt Augustinus audet loqui, *etiam seipso* quatenus erat Deus. Quod si multo fuit inferior, videbatur excutiendum quomodo prophetae dicatur 'imminutus paululum'. Rursus si mihi dabis humanam naturam quatenus est doloribus et morti obnoxia, longe esse infra dignitatem ac felicitatem angelicam, consequetur Christum quatenus erat homo  
 730 mortalis et naturae incommodis obnoxius, aliqua ex parte fuisse inferiorem angelis, certe iuxta corpus. Id si verum est, nimirum manet in vtraque lectione par difficultas, quam tuum agens negocium sic conor explicare vt βραχύ τι ad tempus pertineat, non ad modum dignitatis. Quod si recipimus, vt receptum est ab orthodoxis aliquot et magni nominis theologis, nihil fuerit in vtraque lectione  
 735 absurdum et liberum erit vtram voles sequi. Nec hic cuiquam prae eo nec hanc aut illam sententiam vel approbo vel reiicio, quod tu tamen toties inculcas a me factum. *Siue isto*, inquis, *minuisti eum paulominus ab angelis, quem posteriorem interpretandi modum approbare videtur Erasmus*. Ac rursum, *nam iuxta Septuaginta aeditionem ait: minuisti eum paulominus ab angelis, quam etiam approbat interpretationem*. Iam illud videbatur mihi parum prudenter abs te factum  
 740 quod, quum βραχύ τι ad temporis modum relatum omnem explicet difficultatem, tu perinde quasi iam euiceris eo referri non posse ita triumphum agis, ita nobis insultas. Atque id quidem post conaris oppugnare, sed quam efficaciter mox videbimus.

745 Certe quum hoc in ambiguo reliquisses, non erat cur huiusmodi conuiciis veluti prostrato iam et iacenti insultares. *Subruetur igitur*, inquis, *propheta quomodocunque siue a Deo siue ab angelis interpretemur, quare hic sermo seipsum elidit et falsum esse ex omni parte manifestat*.

750 Iam illud magnis tragoediis exagitas quod scripseram Christum quum ob humanam naturam assumptam, tum ob humanae conditionis suscepta incommoda, non solum infra angelos, verum etiam *infra abiectissimos homines* fuisse deiectum. Atque hic tu miro supercilio: *hunc*, inquis, *sermonem animose refutabimus tanquam impium et Christo Deoque indignissimum, tanquam Spiritui aduersantem et literae quae occidit adhaerentem*.

755 Huiusmodi multa sunt, mi Faber, in tua ista praeclara et amica disputatione quae me compulerunt ad purgandam famam abs te tam atrociter petitam. Absit vt ego sciens quippiam in te scribam istiusmodi. Quod si quid humanitus

716–717 tuis ... vtar *E BAS: deest in A–D.*

740 prudenter *B BAS: pudenter A C–E.*

741 quod *BAS: vt A–E.*

749 quum *B–BAS: deest in A.*

711–712 *si ... venisset* Erasmus here seems to imply the possibility of his having made a mistake in the interpretation of *Hebr. 2, 7*.

Iam commentum quod adducis de *non homo* cum addis: *vnus enim Deus et vnus mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui sic homo est quod omnium hominum maxime* homo et *vere homo*, quale sit dispiciamus. Hic si tibi res esset cum homine sophistico, vide quo pacto tueri possis Christum omnium maxime vere hominem esse, quum iuxta tuum Aristotelem magis et minus non cadat in substantiam, vt Christus magis homo dici possit etiam si melior cunctis hominibus dici debeat. Non referam hoc loco par pari vt summo, quod aiunt, iure tecum contendam et de voculis cauiller, posteaquam mihi satis liquet quid senseris.

Iam *opprobrium hominum et abiectiorem plebis* cur vereris Christo accommodare, sed in alios homines detorques, quum Paulus non vereatur eum *peccatum* et *maledictum* dicere? Haec verba si pie dicuntur de Christo, quae impietas est dicere Christum infra homines diminutum, modo id sentiat quod de Christo sentire cum primis est pium? Si verbis offenderis, his magis offendi oportuit, si sententia, nihil hic est *impium* nisi si quis impie interpretetur. Si dixissem Christum humiliasse se infra humillimos homines, non abhorrerem, opinor. Cur vociferaris impietatem si dixi abiectum *infra abiectissimos homines*, quum recte humiliatus dicatur qui se humiliarit et nihil aliud sit abiectus quam humiliatus?

Quod si vocis nouitas sola te offendit, vsus est ea ante nos de Christo Augustinus, hunc psalmi locum exponens: *quare*, inquit, *ergo sic se abiicit, vt diceret vermis?* At dices: abiicit se oratione. Fateor, sed vera tamen, opinor, non vana aut ficta, vnde consequitur vere fuisse abiectum.

Iam quod scribis Christum *opinione Iudaeorum* fuisse derelictum a Patre non solum frigidulum est, verumetiam ab omnium veterum interpretum sententia dissentiens, quasi hoc Christus illic queratur Patri quod Iudaei male de se sentiant, pro quibus paulo ante orauerit. Et haud scio an praestiterit, mi Faber, hucus hoc existimationis in totum non tangere, ne cui minus incipiat displicere Marci cuiusdam aut Marcionis, opinor, haeresis qui, vt autor est Augustinus, docuit Christum non vere sed putatiue passum.

Iam quod me rogas, qui conueniat *eum qui est primogenitus omnis creaturae et supra omnem creaturam dici vermem et eum dici non hominem, de quo dicit Apostolus: vnus enim Deus et vnus mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus*, rectius ab ipso propheta scisciteris, imo ab ipso Christo qui se per os prophetae *vermem* dixit. Neque vereor ne ob id mihi succenseat Christus, si ipsius vtar verbis in eum sensum in quem ille dixit, si qua fides tot orthodoxis interpretibus. Atque inter hos est diuus Hieronymus, vnus multorum instar, qui exponens secundum caput epistolae Pauli ad Titum pallas Christum *vermem* appellat et amplius ausus *peccatum* et *maledictum* audet dicere.

Quod autem Pauli testimonio doces Christum *hominem* dici, fateor, risi sedulitatem tuam, quasi vero periculum fuisset ne quis alioqui Christum negasset hominem nisi vnum Pauli locum nobis obiecisses, quum ipse toties in euangelio se vocet *Filium hominis*. Porro quae citas e diuinis libris docens Christum non fuisse vere derelictum, non minus faciunt pro me quam pro te. *Non spreuit*

Deus neque despexit deprecationem pauperis. At qui deprecatur quoniam implorat opem, aliquousque videtur derelictus, alioqui quid implorat si nihil desiderat? Ac mox: *et quum clamarem ad eum, exaudiuit me*. Quid clamat qui nulla re destitutus est? Aut quomodo liberantur qui nullo pacto sunt derelicti?

1100

1056 quale sit dispiciamus *BAS: deest in A C D, inspicimus B E*.

1074 non vana aut ficta *Ac B D-BAS: deest in A C*.

1075 consequitur *A-C E BAS: sequitur D*.

1081 aut Marcionis, opinor *B-BAS: deest in A*.

1054 *non homo Ps. 21, 7.*

1054-1056 *vnus ... sic homo Appendix IV, ll. 195-198.*

1058-1059 *quum ... substantiam Aristot. Categ., 5, 3 b33-34.*

1060-1061 *Non ... cauiller Cf. Ep. 597, from Erasmus to Thomas <Louvain>, <c. 10 July 1517>, ll. 35-36: "... cui (i.e., Lefèvre) mox edita epistola respondebo, sed stomacho temperans, ne contentio, non disputatio, videatur."*

1060 *referam ... par pari Adag. 35, ASD II, 1, pp. 150-151. Cf. l. 262.*

1060-1061 *summo ... iure Cf. Cic. Verr. 2, 5, 2, §4: "non agam summo iure tecum"; and especially Cic. Caec. 23, 65: "... aequum et bonum habere quod defendant; si contra verbis et litteris, et, vt dici solet, summo iure contenditur." Summo iure here means "applying the law with utmost rigor". In l. 1061 it means: "(to fight against you) with utmost vigour."*

1063-1064 *Iam ... detorques Cf. appendix IV, ll. 161-167.*

1064-1065 *peccatum 2 Cor. 5, 21.*

1065 *maledictum Gal. 3, 13.*

1065 *quae impietas See appendix IV, l. 134.*

1067-1069 *Si ... abhorrere Lefèvre did indeed hold that Jesus descended to earth to be an example of true humility; see the S. Pauli epistolae XIV, ad Phil. 2, 7, Paris, 1512, f<sup>o</sup> 175r<sup>o</sup>.*

1070 *vociferaris... homines See appendix IV, ll. 132-136.*

1072 *vocis nouitas Cf. this apologia, l. 2192: Neminem fere non offendit nouitas and n.*

1073-1074 *quare ... vermis Aug., Enarr. in Ps. 21, 2, 7, CCSL 38, edd. D.E. Dekkers and I. Fraipont, Turnhout, 1956, p. 125, ll. 3-4.*

1076 *opinione Iudaeorum See appendix IV, ll. 248-249. Cf. ibid. ll. 168-172.*

1076 *derelictum a Patre See Mt. 27, 46.*

1077-1078 *ab ... dissentiens Erasmus tries to weaken Lefèvre's position by claiming that*

1089 *qui B E BAS: deest in A C D.*

1096 *faciunt pro me BAS: pro me faciunt A-E.*

1097 *At qui Ac B-BAS: Atqui A.*

1099 *nulla re F BAS: nulla in re A-D.*

1100 *sunt BAS: sint A-E.*

Lefèvre cannot cite authoritative authors in favour of his view. Erasmus used the same tactics in the present apologia, l. 824.

1079 *pro ... orauerit Lc. 23, 34.*

1079-1081 *Et ... haeresis "and I fear, dear Lefèvre, that this argument concerning the Jews' opinion may create the problem of leading some people to consider the heresy of a certain Marcus or Marcion less objectionable ..."* The expression "tangit (h)ulcus", which means "it touches the sore spot" (*Adag. 579, LB II, 252 E-253 A*) is constructed here with a dependent clause introduced by *ne*.

1081-1082 *Marci ... passum* The reference is to Marcus the gnostic. Aug. *De haeresibus*, XIV, CCSL 46, edd. R. Vander Plaetse and C. Beukers, Turnhout, 1969, p. 296. On Marcus the gnostic, a pupil of Valentinus, active in the Rhône valley in the middle of the second century A.D., see *ODCC*, s.v. Marcianos, p. 871, and F. Dornseiff, *Das Alphabet in Mystik und Magie*, Leipzig and Berlin, 1925, pp. 126-133.

1083-1085 *qui ... Iesus Appendix IV, ll. 194-197.*

1086-1087 *vermem Ps. 21, 7.*

1090 *vermem apellat* This is not to be found in Jerome's commentary on *Tit.*, but in his commentary on *Eph.*: Hier. *Comm. in Eph.*, ad 2, 10, Migne *PL* 26, 501 D 4-5.

1091 *peccatum Hier. Comm. in Eph.*, ad 2, 1, Migne *PL* 26, 496 A 7.

*maledictum Hier. Comm. in Tit.*, ad 2, 9-10, Migne *PL* 26, 620 B 2.

1092 *Pauli ... dici I Tim. 2, 5. See appendix IV, ll. 193-198.*

1094-1095 *ipse ... hominis* Jesus calls himself "Filius hominis" in e. g. *Mt. 8, 20* and *9, 6*.

1095-1096 *citans ... derelictum* See appendix IV, ll. 172-177.

1096-1097 *Non ... pauperis Ps. 21, 25 Vg.*

1099 *et quum ... me Ps. 21, 25 Vg.*

Et ne singula persequens fiam loquacior, et illud quod addis: *nam et virgo Maria aderat et dilectus discipulus et Magdalene et mulieres Iesum sequutae, quae multa compassione et Deo et angelis grata pietate flebant super eum, virginis autem cor gladio passionis eius confossum est et anima eius transuerberata pro nobis facit.*  
 1105 Cui compatiuntur? Quem misericordia prosequuntur? Nam id, opinor, dicis pietatem, licet vulgate magis quam erudite. Num Verbum Dei Patri semper aequale? An hominem pro omnibus dira patientem? Quem flebant? Num excel-  
 1110 siores creaturis omnibus? An abiectum et infra latrones? Etsi idem vnusque est Christus in quem haec tam diuersa competunt. Vides vt haec nostrae sententiae astipulentur etiam, non solum nihil officiant, vt ne illud excutiam, quod  
 1115 Christus apud Lucam seipsum *viride lignum* appellat, innocentiae magis esse quam dignitatis. Quod miror cur adducendum putaris, nisi forte periculum erat ne quis nostrum Christum scelerosum hominem iudicaret. Aut si propositum erat colligere quae illius dignitatem indicant, cur e tam multis paucula quaedam  
 adducis? Si volebas refellere quaecunque Christi humilitatem sonare videntur, cur vix vnum aut alterum locum attingis? Vides igitur totum hunc locum tibi extra causam esse declamatum.

Post haec pergis excutere an quod ad haec mala descenderit Christus, ob id fuerit *in se* diminutus. Belle me hercle proponis, quasi a me vsquam sit dictum  
 1120 illum *in se* fuisse diminutum, quanquam hoc *in se* quid sibi velit non satis intelligo. Si *in se* accipis pro vere, dicam in se fuisse diminutum qui vere fuerit diminutus. Fateris assumpta natura humana susceptisque cruciatibus Christum fuisse diminutum. Vere autem eam assumpsit vereque fuit afflictus, vere igitur  
 1125 fuit diminutus. Sin quum *in se* dicis, sentis absolute, simpliciter et per se, fateor absolute summum et ne nihil videar ex tuis libris hausisse, plusquam infinite summum.

Iam nec illud satis intelligo quid sibi velit, quod negas Christum in euangelio seipsum dicere *vermem*, sed *lucem mundi*, sed *viride lignum* aliaque quae dignitatis sunt, nisi forte innuis prophetae verba non satis apud nos habere ponderis et  
 1130 par esse vt euangelicae cedant autoritati. An vt Christum credamus recte *vermem* dici, non satis est nobis quod a propheta *vermis* sit dictus? Quasi vero non bona pars euangelicae historiae Christi nobis humilitatem decantet aut quasi propheta non alias adoret ac stupeat eius sublimitatem quem hic *vermem* appellat et reiectamentum plebis. Quum legis cunas, quum *praesaepe*, quum legis vagientem,  
 1135 quum circumcisum, quum *fatigatum*, quum ob famem accurrentem ad ficum, quum assumptum ac tentatum *a diabolo*, quum legis *Filium hominis*, quum legis non habentem vbi caput suum reclinet, quum interim nec vulpibus sua desint latibula nec auibus nidi, cum lachrymantem legis et infrementem, quum indigna audientem, denique quum totam passionis historiam recenses, quaeso, quid  
 1140 aliud legis quam Filium Dei infra omnes homines diminutum vt supra omnia exaltaretur? Quum legis deformatum, *despectum*, *nouissimum virorum*, quum *agnum coram tondente* se obmutescentem, an paululum quiddam diminutum legis? Quae omnia quum Christo tribuantur non offensa illius ineffabili

LB 39 dignitate, qua semper fuit hominibus pariter atque angelis adorandus – neque  
 1145 enim, vt inquit Hilarius, potestatis dignitas amittitur, dum carnis humilitas ad-  
 oratur, quod ob diuersas naturas diuersissima in eum competant – nihil erat cur  
 celsitudinis admirator humilitatis commemoratione offendatur. Neque enim ideo  
 non vere seruus dictus est quod vere Dominus fuerit omnium. Si minister est qui  
 1150 sordido etiam ministerio fungitur, ille lauans discipulis pedes aliquo pacto mi-  
 nister erat, at nihilo secius eorundem Dominus.

Iam non video quid tibi velis quum collectionem meam calumniaris quasi  
 parum argute ratiociner. *Et quod*, inquis, *nulla proportio sit naturae humanae ad*  
*Deum, id non efficit quod inde dicatur vermīs*, alioqui et cherubim vermes appel-  
 landos quod nec ad hos vlla sit Dei proportio. Quaeso te, sic argumentor  
 1155 vsquam? Imo vt doceam *infra abiectissimos homines* diminutum Christum,

- 1101–1104 *nam ... transuerberata* Appendix IV, ll. 189–192. Erasmus reads *Magdalene* (l. 1102) where Lefèvre has “Magdalena” (appendix IV, l. 190).
- 1111 *viride lignum* Lc. 23, 31, cf. appendix IV ll. 206 and 208.
- 1116 *totum hunc locum* I Tim. 2, 5. See the present apologia, l. 1092 *Pauli testimonio*, l. 1094, *vnum Pauli locum*, and ll. 1083–1085 and n.
- 1116–1117 *extra causam* Cf. Cic. *Caecin.* 32, 94.
- 1118–1119 *ob ... diminutus* See appendix IV, ll. 246–247.
- 1127–1128 *negas ... lignum* See appendix IV, ll. 199–215.
- 1128 *vermem* Ps. 21, 7.
- 1128 *lucem mundi* Ioh. 8, 12; 9, 5.
- 1128 *viride lignum* Lc. 23, 31.
- 1129 *prophetae* I.e., David.
- 1129 *non ... ponderis* Viz., for providing a conclusive argument in a theological debate.
- 1129 *nos* The theologians in general.
- 1131 *vermīs* Ps. 21, 7.
- 1133–1134 *reiectamentum plebis* Sec Ps. 21, 7: “abiectio plebis”.
- 1134 *cunas* Lc. 2, 7.  
*praesaepe* Lc. 2, 7–13.  
*vagientem* E.g., Mt. 4, 18; 19, 1, Mc. 1, 16; 7, 24; 31, Lc. 7, 11; 13, 22; Ioh. 4, 4.
- 1135 *circumcisum* Lc. 2, 21.  
*fatigatum* Ioh. 4, 6.
- 1137 *interim* E BAS: *deest* in A–D.
- 1139 *recenses* E BAS: *deest* in A–D.
- 1140 *supra* E BAS: *super* A–D.
- 1144–1146 *neque ... adoratur* E BAS: *deest* in A–D.
- 1149 *aliquo pacto* E BAS: *deest* in A–D.
- ob ... ficum* Mt. 21, 18–9; Mc. 11, 12–13.
- 1136 *assumptum ... diabolo* Lc. 4, 1–13, Mt. 4, 1–11; Mc. 1, 13.  
*Filium hominis* E.g., Mt. 12, 32; 16, 13.
- 1137–1138 *non ... nidi* Mt. 8, 20; Lc. 9, 58.
- 1138 *lachrymantem* Ioh. 11, 35.  
*infrementem* Ioh. 11, 33.
- 1138–1139 *indigna audientem* Mt. 27, 39–45; Mc. 15, 29–33.
- 1141 *deformatum* (“deformare” h. l. means “to dishonor”), cf. e.g., Mt. 26, 67–68; 27, 27–31.  
*despectum* Is. 53, 3.  
*nouissimum virorum* Ibid.
- 1142 *agnum ... obmutescentem* Is. 53, 7; Act. 8, 32
- 1144–1146 *neque ... adoratur* Although this precise formulation is not to be found in Hilary, Erasmus may be thinking of the words in Hilary cited in the present apologia, ll. 910–911.
- 1146–1147 *nihil ... offendatur* Cf. the present apologia, ll. 815–821.
- 1148 *seruus* Phil. 2, 7.  
*Dominus ... omnium* Rom. 10, 12; Act. 10, 36.
- 1149 *lauans discipulis pedes* Ioh. 13, 1–20.
- 1151–1154 *collectionem ... proportio* See appendix IV, ll. 237–239.
- 1152 *naturae humanae* Lefèvre’s text reads *humanae naturae*.
- 1155–1156 *doceam ... testimonium* Erasmus (1516), appendix III, ll. 22–26. The *testimonium* is Ps. 21, 7.

adduco prophetae testimonium. Quid autem attinebat argumento probare quod ipse per prophetam loquitur Christus? Iam quod subiicio, *nulla enim proportio* humanae creaturae ad Deum, eo pertinet quod praecesserat, Christum non paulum imminutum *a Deo*, quod tu nolebas. Siquidem eas partes sic tracto, vt  
 1160 nunc ad hanc, nunc ad illam respiciam. Dic mihi, *ὃν φίλιον*, vtrum istuc est amice disputare cum amico, an cauillari potius? Verum his omissis, ad id quod erat institutum recurrat oratio.

Ad eandem rationem tuebor quod impugnas: humanae naturae ad diuinam nulla est proportio. At Christi, inquis, ad diuinam naturam est proportio, nempe  
 1165 *identitatis et aequalitatis*. Simulatque proportionis facta est mentio, video me plane *τὸν ἴππον εἰς πεδίον* prouocasse. Quare tecum hoc quidem loco non admodum pugnabo, cum homine in disciplinis mathematicis pene detricto. Verum vt demus *aequalitatis* esse *proportionem* aliquam, quis vnquam audiuit *proportionem identitatis*? Aut quis vnquam proposuit proportionem infiniti ad infinitum?  
 1170 Etenim vt Aristoteles negauit finiti ad infinitum esse proportionem, ita sensit nec inter infinita duo esse proportionem, si quid credimus interpretibus.

Porro quod apud Paulum legimus Christum *aequalem Deo*, non opinor constitui proportionem, sed negari minorem ac maiorem potestatem. Sed vt haec arguta magis quam ad rem nostram facientia mittamus, vt ere tuo arbitratu *proportione* vel *identitatis* vel *aequalitatis*. Vtrum hanc solam in Christo vis esse an  
 1175 praeter hanc aliam quampiam? Si solam, nec a Deo fuerit diminutus Christus, quod tu tamen non negas, modo id sit paululum quiddam. At iuxta *identitatis proportionem* ne tantulum quidem fuit diminutus. Proinde qui verum est quod ipse dicit in euangelio, *Pater maior me est*? Vbi audis minor et maior, alia  
 1180 quaedam propositio sit oportet quam *aequalitatis*. Si tu ex euangelii loco, *ego et Pater vnum sumus*, recte colligis *proportionem aequalitatis*, qui minus ego ex euangelii loco, *Pater maior me est*, colligo proportionem inaequalitatis? Ea si sumitur ex comparatione rerum in infinitum inter se distantium, aut profer ex tua mathematica quaenam sit ista *proportio*, aut mecum fatere nullam esse proportionem.

Quod si iuxta hanc comparationem Christus dicitur minor Patre, aut finitis gradibus minor est aut infinitis. Non, opinor, dices finitis quum ipse fatearis inter creaturam et creatorem nullam esse proportionem. Sin infinitis, quomodo tu defendis eum paululum quiddam fuisse diminutum quum paulominus siue paulum contendas non ad temporis spacium, sed ad dignitatis modum esse referendum?  
 1185 An tibi quod infinitum et immensum est paululum quiddam dicitur? Ego impius qui iuxta hanc rationem scripserim *non paululum*, sed plurimum *imminutum a Deo*?

Opinor si vnquam alias, hic te medium teneri, nec tamen vrgebo molestius nec insultabo capto, etiam si id mereri videbatur qui alteri de nihilo struit calumniam. Nec excutiam interim haec tua verba, ne te retaxare videar non me tueri,  
 1195 quibus agis Filii hominis ad Deum esse *proportionem identitatis*. Si Filii | hominis, quatenus est Filius hominis, ad Deum est *aequalitatis proportio*, cedo qua ratione minor est? Si quatenus Deus est, *aequalis Deo* dicitur, quid noui dicitur? Aut quis istuc negat?  
 LB 40

1200 Non enim digladior interim cum iis qui volunt in euangelio sic Patrem maiorem Filio dictum vt tamen Filius non sit Patre minor. Mihi satis est quod Augustinus non veritus est dicere: Filium Patre inferiorem et inferiorem seipso. Atque id sane cum aliis locis compluribus, tum in epistola tertia ad Volusianum. Ad hoc, libro de Trinitate primo, capite septimo. Rursum eiusdem libri 1205 capite vndecimo atque iterum libri secundi capite nono.

1191 sed *A-D BAS*: sc *E*.

1198 dicitur *A-C E BAS*: dicitur *D*.

1200-1202 Non ... seipso *B-BAS*: *deest in A*.

1156-1157 *quod ... Christus* Erasmus means *Ps.* 21, 7: "ego autem sum vermis et non homo".

1157-1158 *nulla ... Deum* See appendix III, l. 26.

1160 *ἡ τὸν φίλον* Cf. Pherecr. 96. The "friendly one" intended is Zeus, the god of friendship.

1161 *amico ... amico* See the present apologia, ll. 36-38, l. 755 and l. 1312 and nn.

1163-1165 *impugnans ... aequalitatis* See appendix IV, ll. 237-241.

1166 *τὸν ... πῆδιον* *Adag.* 782, *LB* II, 327 F-328 B. "Quoties quis ad id prouocatur in quo plurimum valet quoque vel maxime gaudet".

1167 *homine ... detricto* In the field of mathematics, Lefèvre was indeed a prolific author. See Rice, *Prefatory Epistles*, pp. 543-545. In Ep. 607 (Louvain, 17 July <1517>), ll. 13-14 Erasmus writes to Cuthbert Tunstall about Lefèvre: "... homo mathematicus sed ita vt multum habeat τοῦ ματαίου".

1170 *Etenim ... proportionem* *Aristot. Cael.* I, 6, 274 a 7, *ibid.* I, 7, 275 a 13.

1170-1171 *ita ... proportionem* *Aristot. Phys.* VIII, 1, 252 A 13

1172 *aequalem Deo* *Phil.* 2, 6.

1174-1175 *proportione ... aequalitatis* cf. the present apologia, n. ll. 1163-1165.

1179 *Pater ... est* *Ioh.* 14, 28.

1180-1181 *Si ... aequalitatis* See appendix IV, ll. 239-242.

1180-1181 *ego ... sumus* *Ioh.* 10, 30.

1183-1184 *tua mathematica* Cf. the present apologia, l. 1167 and n.

1186-1187 *quum ... proportionem* See appendix IV, ll. 239-240.

1187-1188 *quomodo ... diminutum* *Ibid.*, ll. 128-130.

1188-1190 *quum ... referendum* *Ibid.*, ll. 332-333.

1191 *impius* See *Ibid.*, l. 134.

1193 *medium teneri* *Adag.* 396 (medium teneris); *ASD* II, 1, p. 472; cf. *ASD* IX, 2, p. 137, n. ll. 552-553, and p. 243, n. l. 262.

1193-1194 *nec ... capto* Cf. the present apologia, ll. 1060-1061 and n.

1200 iis *B E BAS*: ii *C D*.

1203-1205 Atque ... nono *E BAS*: *deest in A-D*.

1194 *de nihilo* In contradistinction to Erasmus, Lefèvre believed that the dignity of Christ was at stake in their controversy. Cf. the present apologia, ll. 45-46 and n. and ll. 82-83 and n.

1200-1201 *qui ... minor* Erasmus means that there is no point in arguing with people who, like Lefèvre, admit that in his earthly life Jesus was made a little lower than God, but who at the same time refuse to accept that Jesus was humiliated, and try to prove that Jesus' power and dominion on earth were still divine. According to Erasmus, such a position is inconsistent and too paradoxical to be taken seriously.

1202 *Filium ... seipso* *Aug. Trin.* 1, 7, 14, *CCSL* 50, edd. W.J. Mountain and Fr. Glorie, Turnhout, 1986, pp. 45-6.

1203 *aliis locis* E.g., *Epist.* 170, ed. A. Goldbacher, *CSEL* 44, 3, Vienna and Leipzig, 1903, p. 629: "propter quam serui formam non tantum patre verum etiam seipso et spiritu sancto minor factus est".

1203-1204 *epistola ... Volusianum* Erasmus is probably thinking of Augustine's second letter to Volusianus, now *Epist.* 137 in A. Goldberger, ed., *CSEL* 44, 3, Vienna and Leipzig, 1903, pp. 111-112: "Iesum Christum ... minorem ... patre secundum carnem, hoc est secundum hominem." In Goldbacher's edition there are only two letters to Volusianus, 132 and 137, not a third one.

1204 *libro ... septimo* *Aug. Trin.* I, vii, edd. W.J. Mountain and Fr. Glorie, *CCSL* 50, Turnhout, 1968, p. 45: "... dicunt minorem filium esse quam pater est ... veritas autem ostendit secundum istum modum etiam seipso minorem filium."

1204-1205 *eiusdem ... undecimo* *Aug. Trin.* 1, xi, edd. W.J. Mountain and Fr. Glorie, *CCSL* 50, Turnhout 1968, p. 60: "secundum formam serui quam accepit et minor est patre ...; minor est se ipso quia de illo dictum est: semetipsum exinaniuit."

Item quod scribis: *ob id quod Verbum et Filius Dei diuinae est conditionis eiusdemque cum Deo naturae, nam creatura non est perinde ac neque Deus*, hic rursus distinguis Filium Dei a Deo dicensque eum non magis esse *creaturam* quam ipsum Deum, opinor Patrem, vt Pauli modo loquutus vidcaris. Atqui Pater nullo modo  
 1210 creatura est, Filius Dei, si nullo modo est creatura, consequetur nec hominem esse. Ad haec, si Filius Dei non est creatura, loquor iuxta communionem idioma-  
 tum, quomodo dicitur diminutus Filius Dei? Quod ne tu quidem negas. At Ioannes non veretur dicere *Verbum caro factum est*. Et Paulus non veretur eum  
 1215 dicere *factum ex semine Dauid*. Et rursus, *misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege*. Hic audis factum carnem, *factum ex semine*, et vereris aliquo pacto dicere creaturam?

Tametsi disputationis huius periculum nihil ad me pertinet. Ego enim Christum creaturam esse neque aio neque nego. Tu istuc de tuo addidisti. Sed,  
 1220 inquires, Augustinus, Hilarius et Ambrosius negant Christum esse creaturam. Quid si iidem alibi vocant creaturam? Quid enim sentit Augustinus cum ait in sermone natalicio: *admirabile mysterium quia creator mundi voluit esse creatura*. Rursus enarrans Christi sermonem in monte habitum: *voluit esse creatura qui est creator*. Idem epistola quinquagesima septima: *Proinde quod ad Verbum attinet, creator est Christus, omnia enim per ipsum facta sunt, quod vero ad*  
 1225 *hominem, creatura est Christus*.

Liberius etiam diuus Hieronymus edisserens eum Pauli locum qui est in epistola ad Ephesios, capite secundo: *ipsius enim sumus factura*, inquit, *creati in Christo Iesu. Et quia semel ad nomen creaturae venimus, et sapientia in prouerbiis Solomonis dicit se creatam initium viarum Dei multique timore ne Christum creaturam dicere compellantur, totum Christi mysterium negant et dicunt non Christum in hac sapientia, sed mundi sapientiam significari. Nos libere proclamamus non esse periculum eum dicere creaturam quem vermem et hominem et crucifixum et maledictionem, tota spei nostrae fiducia profitemur, maxime quum ex duobus versiculis qui praecedunt ipsa sapientia promittat se esse dicturam quae post secula sunt. Quum autem Christus secula fecerit et quae deinceps loquitur ea sint quae post secula dicturam se esse promiserat ad incarnationis mysterium, non ad naturam Dei referenda sunt quae sequuntur*.

Hactenus Hieronymus. Audis Christum quatenus incarnatus est *creaturam* recte dici. Simul illud obiter admonendus es Christum Hieronymo sic *vermem* dici vt dicitur *homo* et *crucifixus*, non *opinione Iudaeorum* sed re ipsa, quod tibi videtur impium et blasphemum.

Itidem Damascenus: *Christus*, inquit, *est creatus et increatus, passibilis et impassibilis*. Atque idem rursus: *non scandalizatur ad nomen creaturae qui se seruum aut vermem aut granum, natum de virgine nominat*. Quid quod nec is qui  
 1245 congescit sententias theologorum tractans hanc quaestionem libro tertio, distinctione xi negat Christum recte dici *creaturam*, sed simpliciter dici non vult, hoc est secundum hominem dici vult, secundum Deum non dici. Porro quod alias negant creaturam esse Christum quum aduersus Arianos dimicant, sic negant



1250 esse creaturam quemadmodum Arius esse volebat, qui solum Patrem verum Deum, solum Patrem vere increatum docebat.

LB 41 Quid quod ipse tui oblitus quem hic creaturam negas, alibi creaturam facis quum ais: hominis qui Christus est nulla intelligitur distantia, *quum eam ad Deum habeat approximatio|nem et vnionem qua creaturae ad Deum nulla potest esse*

1217 huius *Ac B-BAS: deest in A.*

1223 est *A-C E BAS: erat D.*

1223-1225 Idem ... Christus *E BAS: deest in A-D.*

1227 inquit *B E BAS: deest in A C D.*

1242 inquit *B E BAS: deest in A C D.*

1249 Arius *BAS: Arrianus A-E.*

1205 *libri ... nono* Aug. *Trin.* II, 1, edd. W.J. Mountain and Fr. Glorie, *CCSL* 50, Turnhout 1968, p. 81: "dei filius ... non solum patre sed etiam spiritu sancto, neque hoc tantum sed etiam seipso minor inventus est."

1206-1207 *ob ... Deus* See appendix IV, ll. 325-326.

1207 *creatura ... Deus* "he (i.e., the Son of God) is just as little something created as God is". Deus is a second subject, not the subject complement of a nominal predicate. The predicate is *creatura non est*. Erasmus criticizes the ambiguity of the clause; see ll. 1268-1271, and ll. 1879-1883, where Erasmus explains why the clause is ambiguous.

1211-1212 *loquor ... idiomatum* For Erasmus' opinion about *communicatio idiomatum*, see above, ll. 588-594. Cf. *ODCC*, pp. 321-322 "...the doctrine propounded by several of the Fathers, e.g. Cyril of Alexandria, that while the human and divine nature in Christ were separate, the attributes of the one may be predicated of the other in view of the union in the one Person of the Saviour. The doctrine received conciliar authority by its inclusion in the 'Tome' of St. Leo (449), but in later times it was sometimes understood in a heterodox fashion especially in some Lutheran circles". Erasmus also refers to it in his *Apolog. ad Leum*, *LB IX*, 229 A-D.

1213 *Verbum ... est Ioh.* I, 14.

1214 *factum ... Dauid Rom.* I, 3 ("Factus est ei ex semine Dauid").

1214-1215 *misit ... lege Rom.* I, 3-4, 2 *Tim.* 2, 8.

1217-1218 *Iametsi ... nego* For Erasmus' fundamental reluctance to pronounce upon dogmatic questions, see the present apologia, ll. 304-305 and n. l. 304, and ll. 1845-1849; ll. 2077-2079 and ll. 2134-2135.

1221 *admirabile ... creatura* This passage does not occur in Augustine's works.

1222-1223 *voluit ... creator* This passage does not occur in Aug. *De sermone Domini in*

*monte*, ed. A. Mutzenbecher, *CCSL* 35, Turnhout, 1967.

1223-1225 *Proinde ... Christus* Aug. *Epist.* 187, III, 8, *CSEL* 57, ed. A. Goldbacher, Vienna and Leipzig, 1911, p. 87, l. 22-p. 88, l. 2.

1226 *locum Eph.* 2, 10.

1227-1228 *ipsius ... Iesu* Hier. *Comm. in Eph.*, ad 2, 10, Migne *PL* 26, 501 A 15-16.

1228-1237 *Et ... sequuntur Ibid.* 501 C. 12-502 A 4.

1229 *Solomonis* Jerome's text in Migne reads "Salomonis".

*initium viarum Dei* Cf. *Prov.* 8, 22.

1230 *et dicunt* Jerome's text in Migne reads "vt dicant".

1235 *Christus secula* Jerome's text in Migne reads "saecula Christus".

1235-1236 *dicturam* Jerome's text in Migne reads "dicturum".

1236 *promiserat* Jerome's text in Migne reads "promiserit".

1240 *non opinione Iudaeorum* See appendix IV, ll. 248-249, cf. *ibid.* ll. 183-189.

1240-1241 *quod ... blasphemum* See appendix IV, ll. 132-136.

1242-1243 *Christus ... impassibilis* John of Damascus, *De fide orthodoxa* III, 4, Migne *PG* 94, col. 998.

1243-1244 *non ... nominat* I have not found this passage in John of Damascus.

1244-1250 *Quid ... docebat* Petrus Lombardus. *Sententiae in IV libris distinctae*, III, xi, Collegium S. Bonaventurae ad Claras Aquas, Grottaferrata, Rome, 1981, vol. II, pp. 77-80.

1246 *vult* The subject is Petrus Lombardus.

1249-1250 *quemadmodum ... docebat* See A.M. Ritter in *TRE* 3, Berlin and New York, 1978, pp. 700-703.

1252-1254 *hominis ... maior* See appendix IV, ll. 404-405.

1253 *ad Deum* After *Deum* Erasmus omits *et cum Deo*.

1255 *maior.* Si Christus nullo modo creatura dicitur, quid agitur hoc sermone? Nisi forte naturam humanam creaturam esse fateris, Christum vt hominem creaturam esse non vis? Quod si tuo exemplo de verbis cauillandum est, quid sentis cum ais Christum *vnionem* habere *ad Deum*? An Christus hic tibi naturam humanam significat? Et licebit ita loqui: Deus Christum assumpsit? Alioqui quomodo Christus vnitur Deo quum sit ipse Deus? Et vbi est in quo nos ridebas, qui vide-  
1260 mur Christi nomen pro altera natura vsurpare? Eriam atque etiam te rogo, Faber, vide quantam fenestram aperueris in teipsum, qui sic odiose mecum de verbis cauilleris.

Deinde quid sentis quum ais *Verbum et Filium Dei diuinae esse conditionis*, cum conditum esse negent omnes christiani, certe quatenus est Verbum et Filium  
1265 Dei. Quis enim dixit Filium Dei conditum? Non quod interim me fugiat te conditionem pro ratione naturaue vsurpasse, sed ostendere volui quam facile sit de verbis in alium cauillari, si tuum mihi placeret exemplum. Atque hic rursum dissecas Filium Dei et Deum, quasi Filius Dei Deus non sit, vt ne quid notem omnino fugiendam amphibologiam, si vsquam erat fugienda, in hisce verbis  
1270 quum ais: *nam creatura non est perinde ac neque Deus.* Videris enim dicere Filium nec creaturam esse, nec Deum.

Quod si tu more rhetorum vel tuo potius tibi permittis de Deo loqui, cur nos tam moleste taxas circumspectius loquentes te? Sin a nobis recentium theologorum  
1275 anxietatem exigis, cur tu nec veterum eruditionem nec recentium praestas argutiam? An ignorabas quam iniquam in sese legem statuatur qui aliorum censor esse velit? Verum huiusmodi persequi nec animus est nec ocium.

Fateor Christum quaedam esse et non esse, cum idem sit Patri aequalis iuxta diuinam essentiam, Patre minor iuxta naturam humanam. At quod minor est  
1280 Patre aut, si pateris sic nos loqui, *seipso*, quaero vtrum finitis partibus minor est an infinitis? Non dices finitis, quod si infinitis, non impie dicemus, opinor, Christum iuxta naturam assumptam nullam habere proportionem ad diuinitatem. Quod si euinco, vbi est quod tu tantopere asseueras a solo Patre fuisse  
1285 diminutum atque id sane perpusillum? Nisi forte sophisticis argutiis hic mecum acturus es, vt quemadmodum qui quinque nummos habet is et vnum habet, ita qui multum sit diminutus idem et paulum diminutus dici possit. Quod si libeat ad istum argutari modum, Christus nec exaltatus dicitur nec diminutus. Quid enim maiestatis accedit ei qui semper *aequalis* est Patri aut quid diminui potuit cuius diuinitati nihil decessit, humanitas etiam euecta est? Verum haec ad viuum  
1290 exigere non est huius instituti, quum satis interim habeam impietatis notam a me depellere.

Porro quantum e tua perpetua disputatione colligitur, nec tua magni refert vtrum Christus angelis dicatur inferior an hominibus, hoc est, vtrunque aequae  
1295 putas impium, quod semper fuerit pro sua dignitate vtrisque pariter adorandus. Sed inferiorem angelis quantum ad humanam naturam et afflictionem fecerunt, vt ipse fateris, Athanasius, Chrysostomus, Theophylactus et Augustinus, nisi forte aliud censes imminutum esse, aliud inferiorem. Sed hos viros,

1300 quoniam non putasti conuiciis insectandos, sic excusas vt dicas eos Septuaginta interpretatione deceptos et ratos sic esse apud Hebraeos simpliciter errasse. Esto, nescierint quid legerent Hebraei, homines Graeci Latinique. Caeterum qui factum est vt tantam impietatem, quantam vis inesse in hac interpretatione, non senserint tanti christianae religionis proceres?

1305 Cur vnus ego male audio velut autor huius sententiae, qui eam nec primus protuli et tantum recenseo nec defendo? Imo qui diuersae sententiae magis fauere videor, si sum in alterutram propensior? An tantum admisi facinus quod non totus ac protinus iuerim in tuam sententiam et altera probata alteram explodam atque euerberem ac pene lapidibus insecter? Quid enim aliud quam *lapides*

1254 dicitur *A C-BAS*: dicitur est *B*.

1265–1267 Non ... exemplum *E BAS*: *deest in A-D*.

1270 Videris *BAS*: Videberis *A-E*.

1280 dices *A B E BAS*: dicis *C D*.

1287 quid *BAS*: qui *A-E*.

1294 quantum ad *BAS*: quo ad *A-E*; humanam naturam *B-BAS*: carnem *A*.

1295 Theophylactus *BAS*: Vulgarius *A-E*.

1304 fauere videor *E BAS*: fauco *A-D*.

1261 *fenestram aperueris* *Adag.* 303 (*Fenestram aperire*), *ASD* II, 1, pp. 410–411.

1263 *Verbum ... conditionis* See appendix IV, ll. 325–326.

1264 *conditum ... christiani* From the first century A.D. on, Christians denied Jesus' being created, cf. R. Seeberg, *Lehrbuch der Dogmengeschichte*, I, Leipzig, 1908, p. 95.

1269 *ambibologiam* Erasmus will explain this ambiguity ll. 1879–1881. Cf. l. 1207.

1270 *nam ... Deus* See appendix IV, ll. 326–327.

1272 *more rhetorum* For a similar criticism of Lefèvre's rhetoric, see the present apologia, ll. 273–276 and n.

1278–1279 *At ... seipso* This is a reminiscence of some passages in Augustine, already quoted by Erasmus in the present apologia; see ll. 725–726 and n. and ll. 1202–1205 and nn.

1280 *impie* Erasmus probably uses this word because Lefèvre had accused him of *impietas*, see appendix IV, l. 134.

1281–1282 *Christum ... diuinitatem* Erasmus stated something similar in appendix III, l. 26. Lefèvre did not reject this statement of Erasmus of 1516 (nor did he call it *impious*), but he replied ... *licet id verum sit quod humanae naturae ad Deum nulla sit proportio, Filii tamen hominis de quo hic agitur sermo est proportio, nam identitatis et aequalitatis*. See appendix IV, ll. 239–241.

1282 *euinco* "demonstrate", "succeed in proving", cf. Hor. *Serm.* 2, 3, 250.

1282–1283 *tu ... perpusillum* See appendix IV, ll. 123–124.

1287 *diminui* Erasmus appears to use this verb here and elsewhere as a synonym of *deminui*; see n. l. 9.

1288 *cuius ... est* This is a response to Lefèvre's remark of 1516/7, see appendix IV, ll. 197–198: *Qui* (i.e., Jesus) *sic homo est quod omnium hominum maxime vere homo et perfectione humana supra omnem hominem et insuper hominum veritas*.

1288 *euecta* "taken away", "denied".

1288 *ad viuum* *Adag.* 1313 (*Ad viuum resecare, dixit pro eo quod est rem exactius quam sat est ac morosius excutere*), *LB* II, 527 *A-B*. Otto 1933.

1289–1290 *quum ... depellere* For Erasmus' intentions in writing the present apologia, see also l. 234 and n. and ll. 237–238 and n.

1295 *vt ipse fateris* See appendix IV, ll. 350–361 and 464–473.

1295–1296 *Athanasius ... Augustinus* Lefèvre explained in his *disputatio* that these Church Fathers were unable to interpret *Hebr.* 2, 7 correctly because they did not know Hebrew. If they had had the possibility to read the original Hebrew text, they would have preferred the translation *a Deo*; see the present apologia, ll. 733–734 and n. and ll. 824–827.

1303–1304 *tantum ... propensior* This is a serious misrepresentation of Erasmus' discussion of *ab angelis* in the *Nov. Instr.* The same was the case in l. 320, see n.

1306 *lapidibus insecter* Plaut. *Capt.* 593 ("nos insectabit lapidibus").

LB 42 *loquitur*, iuxta dictum Plautinum, qui istiusmodi verba intonat: *Christo Deoque indignissimum* et *Spiritui aduersantem* et prophetae mentem subruentem. Ac rursum illud: *et sic*, inquis, *qui non litera sed spiritu ducuntur, exponunt fideles*. Quid igitur? Qui secus exponunt, carne ducuntur et infideles sunt? Quis non metuat haec verba potius quam vllos lapides? Atqui huiusmodi dictis et his etiam atrocioribus oneras amicum tuum in hac beneuola tua disputatione, amico animo suscepta. Quis posteriorum mihi vitio vertisset, si saxis quibus immerentis caput impetis te relapidassem? Et tamen christianae modestiae memor admonuisse te sat habui, quanquam, vt dixi, non satis intelligo quid senseris quum ais *Christo Deoque indignissimum*. Si Deum Patrem intelligis, de hoc non sum loquutus, sin Filium, quomodo coniunctione separas Deum a Christo?

1315 Si me stupidum, si lapidem, si beluam, si peponem, si bliteum, si quiduis aliud facias, nec admodum commouebor, nec admodum refragabor, ignosce mihi, vnum hoc conuiciorum genus ferre non possum. Quis enim ferat ea quae scribis in hunc modum, *et si tum propter haec, tum propter alia improperia multa, non negem Christum Dominum multum abiectum et diminutum Iudaeorum opinione et aduersarii sermone, cui mea sententia non pertinaciter haeret, non tamen ita res in se habebat*. Quocunque animo tu haec scripseris, quomodo putas interpretaturos, qui legent? Me amicum cum Iudaeis male de Christo sentientibus coniungis, quum tu interim Christi defensor stes inter pios homines et ais Christum meo sermone deiectum ac diminutum ac, si pertinaciter haeream, videris denunciare periculum meque *aduersarium* appellas, qui hac in re pro te faciebam, nisi forte Christi facies aduersarium et, quo sit odiosius, satanam appellabis. Haec, mi Faber, non recenserem nisi quo liqueret omnibus quam inuitus ad hanc apologiam descenderim, cuius ingenium a nulla re magis abhorret quam ab huiusmodi conflictationibus.

1325 Et addis: *ecce suam passionem vocat exaltationem, non deiectionem, nec in malam notam humiliationem*. Quorsum haec? (Pene dolor anteuertens effutierat, sed reprimam me.) Egone *deiectionem* aut *humiliationem in malam notam* Christo tribui, quem vt fontem omnis gloriae adoro? Et huiusmodi beneuolis et candidis dictis tua disputatio respersa est. Quis vero non exosculetur tam amicam cum amicissimo conflictationem? Atque haec mea praeconia ne interciderent, mediis commentariis tuis admiscuisti et, quasi id parum esset, ne verbulo quidem nos admonendos putasti, ne si rescissem, in tempore me purgarem, ne priusquam virus late serpsisset, adhiberem antidotum. Sic enim interpretabuntur posterius tua fortassis lecturi.

1340 Non hic insectabor quam parum erudite, imo quam impie colligas Christum non fuisse humiliatum supplicio crucis quod corpore exaltatus sit a terra, hoc est, in crucem suffixus, quum Paulus hanc vocet *humiliationem*, quemadmodum ante demonstraui. Imo Filius sic humiliatus illustrauit Patrem et Pater vicissim resurrectione illustrauit Filium. Gloriam merebatur humilitas, etiam si nostra gloria crux est Christi, nisi forte quum Paulus ait: *propter quod Deus exaltauit illum et dedit illi nomen supra omne nomen* et caetera, rursum illum adegit in crucem.

1350

Verum vt ad id quod coepimus redeamus, si Athanasium, Chrysostomum, Augustinum, imo doctores omnes excusatos haberi vis quod auctoritatem Septuaginta,

1313-1315 Quis ... habui *E BAS: deest in A-D.*  
 1315 vt dixi *E BAS: deest in A-D.*  
 1326 stes *BAS: stas A-E.*  
 1331-1332 cuius ... conflictationibus *B-BAS: deest in A.*  
 1336 tribui *BAS: tribuam A-E.*

1342 tua *B-BAS: nostra A.*  
 1343 imo quam impie *E BAS: deest in A-D.*  
 1344 corpore *E BAS: deest in A-D.*  
 1346 illustrauit *B-BAS: clarificauit A.*  
 1347 illustrauit *B-BAS: clarificauit A.*  
 1351 coepimus *E BAS: cepimus A-D.*

1307 *iuxta dictum Plautinum* Plaut. *Aul.* 152.  
 1307-1308 *Christo ... aduersantem* With regard to this insulting language of Lefèvre's towards Erasmus, see appendix IV, ll. 134-136.  
 1308 *prophetae mentem subruentem* *Ibid.*, l. 137 and 146-147.  
 1309 *et ... fideles* *Ibid.*, ll. 328-329.  
 1311 *lapides* Cf. the present apologia, l. 1306 and nn.  
 1312 *beneuola tua disputatione* See the end of Lefèvre's *disputatio: Et hic nostrae disceptationis cum viro quidem peramico beneuole susceptae finem facimus*; appendix IV, ll. 573-574.  
 1312-1313 *amico animo suscepta* See the present apologia, ll. 36-37; l. 755 and ll. 1160-1161 and nn.  
 1313 *vitio vertisset* For this formula, see the present apologia, n. l. 83.  
 1316 *Christo Deoque indignissimum* See ll. 1307-1308 and n.  
 1316-1317 *Si ... Christo.* This is of course nothing but sarcasm and rhetoric.  
 1318-1320 *Si ... possum* Erasmus is not very consistent in mentioning the principal motives he has for writing his apologia; cf. ll. 237-238 and n.  
 1321-1324 *et ... habebat* See appendix IV, ll. 247-250.  
 1323 *aduersarii sermone* "in the language of an enemy (of Christ)."  
 1323 *haeret* The subject is Erasmus.  
 1326 *Christi defensor* For this claim on the part of Lefèvre, see his *disputatio*, appendix IV, ll. 31-33 and for Erasmus' feelings about it, the present apologia, l. 258 and ll. 338-340.  
 1328 *denunciare periculum* Cf. Cic. *Mil.* 1, 3: "periculum ... denunciant".  
*aduersarium appellas* Erasmus is referring to Lefèvre's words just quoted: *Christum ... diminutum Iudaeorum opinione et aduersarii sermone*, scc ll. 1322-1323 and appendix IV, l. 143 and ll. 248-249. Lefèvre, however, does not call Erasmus an enemy of himself at all, at least not directly, let alone of Christ. He only says that the language that *Ps.* 21

uses to describe Jesus' humiliation is the language reflecting the view of an enemy of Christ, whereas Christ's "humiliation" was in fact an exaltation. Erasmus' suggestion that Lefèvre calls him "an enemy", whether of Lefèvre himself or (as Erasmus is suggesting in the next sentence) of Christ, is baseless. See n. l. 2227, and nn. ll. 342 and 347.  
*qui ... faciebam* Again and again Erasmus depicts himself as unselfishly helping the man who has attacked him in such a horrible way. Cf. the present apologia, ll. 111-116, ll. 129-130, ll. 224-225 and ll. 317-319.  
 1329 *Christi* That is, not of Lefèvre, but of Christ.  
*facies* The object "me" must be taken from *meque* in l. 1328.  
 1330-1332 *quam ... conflictationibus.* Cf. the present apologia, nn. ll. 72-73 and 75-77.  
 1333-1334 *ecce ... humiliationem* See appendix IV, ll. 253-254.  
 1336 *beneuolis* Erasmus uses this word because Lefèvre claimed to have written his *disputatio* "beneuole"; see appendix IV, l. 573.  
 1337-1338 *amicam ... conflictationem* Cf. ll. 36-37, 755, 1160-1161 and 1312-1313.  
 1339 *mediis* Cf. l. 2181 in *medio voluminis*.  
 1339-1341 *ne ... antidotum* Earlier in the present apologia, Erasmus already expressed his irritation about the fact that Lefèvre had published his criticisms directly without warning Erasmus in a letter, see ll. 21-33, l. 152 and n., ll. 133-164 and cf. ll. 2180-2182.  
 1343-1344 *Non ... crucis* Cf. Lefèvre's accusations against Erasmus in his *disputatio*, appendix IV, ll. 132-136. For Erasmus' conviction as to the necessity of Jesus' deep humiliation, see the present apologia, ll. 489-491.  
 1344 *corpore ... terra* The phrase is reminiscent of *Ioh.* 12, 32.  
 1345 *Paulus* *Phil.* 2, 8.  
 1346-1347 *Filius ... Filium* Cf. *Ioh.* 13, 31-2; 17, 1.  
 1348-1349 *propter ... nomen* *Phil.* 2, 9-10.  
 1351-1355 *si ... recenseam* For the same argument, see the present apologia, n. ll. 824-827.

qui a Christo fuerunt alieni, sequuti sint, cur mihi blasphemiae crimen impingitur, qui virorum orthodoxorum sequar autoritatem, imo qui illorum  
 1355 sententiam tantum recenseam? Si sacrilegum est dicere diminutum infra homines Christum quod hominibus semper fuerit adorandus, non aberit a sacrilegio Christum diminutum dicere infra angelos siue ab angelis – nihil enim hic refert quibus verbis rem eandem explicemus – quod his semper fuit adorandus. Quod si pie vereque dicitur ab angelis diminutus ob carnis nostrae fragilitatem et huius  
 1360 vitae incommoda quae nostra causa in se recepit, quod his nullus angelorum sit obnoxius, opinor haudquaquam impie dici Christum ad tempus infra plerosque, imo omnes homines diminutum, qui plus afflictionum in se receperit quam  
 LB 43 hominum quisquam vnquam sit passus aut perpeti possit.

Quorsum vero pertinet illud, quod ex tribus vnum facis et Athanasium,  
 1365 Chrysostomum ac Theophylactum vnus hominis vice supputas? Finge solum Athanasium hoc dixisse, an vnus esset leuis autoritas? Quod si numero suffragiorum pondus accedit, hanc opinionem nemo non sequitur vno excepto Hieronymo, quanquam et ipse sequitur videlicet locum hunc subinde adducens iuxta aeditionem Septuaginta.

Tandem descendis ad illud quod proposita prius disputationis meae summa statim in initio labefactatum oportuit. *Proinde mihi videtur*, inquam, *illud ‘paulominus’, quod Graece est βραχύ τι, non ad dignitatis imminutae modum esse referendum, sed ad temporis modum quo versatus est Christus in terris, quasi dicas: ad breue tempus diminutus est ab angelis.* Huc videlicet tendebat disputationis meae  
 1370 summa, vt docerem βραχύ τι, quod interpretes reddidit *paulominus*, non ad humiliationis, sed *ad temporis modum* esse referendum.

Id si tu non videbas, quid caecius? Sin videbas et dissimulabas, quid impudentius? Nam operae precium fuerit aliquantisper repetere quibus rationibus superius mecum egeris: *nam ingenue colligitur*, inquis, *Filius hominis imminutus est infra abiectissimos etiam homines et abiectissimi homines imminuti sunt multum ab angelis, igitur et Filius hominis multo fortius imminutus est ab angelis. Si multum, non igitur parum, sunt enim haec pugnancia, quod nihilominus iuxta aduersantis sententiam intendit propheta. Nam iuxta Septuaginta aeditionem ait: minuisti eum paulominus ab angelis, quam etiam approbat interpretationem. Et si multum imminutus ab angelis, tanto fortius multum a Deo. Subruetur igitur propheta quomodocunque siue a Deo siue ab angelis interpretemur. Quare hic sermo seipsum elidit et falsum esse omni ex parte manifestat.*  
 1380  
 1385

Hactenus tua recensuimus in quibus vt negligam sermonis ineptias et prodigiosam balbutiem, cogor non dialecticem modo, in cuius studio per omnem vitam tibi sudatum est, verumetiam sensum communem desiderare. Ego colligebam Christum non parum fuisse diminutum sed *paulisper*, hoc est multum sed *ad breue tempus*, atque ita lectionem vtranque constare *siue legas a Deo siue ab angelis*. Tu ex his nouo syllogismo ratiocinaris me sensum prophetae subruisse, vtrouocunque modo legatur.  
 1390

Quis non miretur acumen istud plusquam Chrysippeum, quis effugiat κεράτινον τουτονί intento cornu vtrinque minantem? Quis non fateatur istam operam  
 1395

tot annis in dialectices studium pulchre tibi collocatam? Talibus argumentis doces amicum impie loquutum. Ob istam disputationem Deum e coelo deuo-  
cabas, ob eandem omnis lucis infusori gratias agis in secula seculorum.

1400 Hic iterum atque iterum appello conscientiam tuam, mi Faber, quum haec  
tecum recognoscis, ecquid tui te pudet? Si ista tibi serio scripta sunt, non  
dicam: vbi est tua philosophia, cuius fortasse me rudem putas, sed vbi mens  
hominis? Si ioco, dic mihi per Gratias, siccine ludis in amicum? Si ex animo ad  
1405 istum ratiocinarius modum, quid fingi potest delirantius? Si me derides, vbi est illa  
nostra peramica amicitia? Non eadem, opinor, decent Fabrum et circulatorem.  
Vsque adeo nihil referre putas quid chartis tuis illinas? Vsque adeo male sentis de  
huius seculi ingeniis vt istas ineptias vel ferant vel non sentiant? Quis hic non

1354 sequar *B-BAS*: sequor *A*.

1365 Theophylactum *BAS*: Vulgarium *A-E*.

1396 τούτου *B-BAS*: istum *A*.

1401 tibi *A B E BAS*: deest in *C D*.

1403 Si *D BAS*: sin *A-C E*.

1405 peramica *B-BAS*: deest in *A*.

1353-1354 *cur ... impingitur* Lefèvre accuses Erasmus of *blasphemia* in his *disputatio*; see appendix IV, ll. 132-136. See also the present apologia, l. 234 and n.

1354-1355 *imo ... recenseam* This misrepresents Erasmus' discussion of *a Deo* in the *Nov. Instr.*; cf. l. 320 and n.

1355-1356 *sacrilegium ... adorandus* This is a faithful summary of Lefèvre's view; see appendix IV, ll. 252-255.

1356-1357 *non ... angelis* Cf. the present apologia, ll. 925-928 and n.

1358 *his* i.e., *angelis*.

1364-1365 *quod ... supputas* See appendix IV, ll. 350-352.

Quae quum ita habeant, nemini potest obscurum esse contumelias quibus me petis cum ais: *et hunc sermonem*, videlicet indicans caeteros eiusdem esse notae, *Christo Deoque indignissimum, literae quae occidit adhaerentem, Spiritui* qui viuificat *aduersantem*, subuertentem | *prophetae intelligentiam*, deiicientem Christum vna cum impiis Iudaeis aliasque id genus, neque dignas esse quae vel abs te vel in me dicerentur, nec admodum sapere mitissimum illum Christi Spiritum qui viuificat, non lancinat et medetur erroribus humanis, non lacerat, praesertim pie et ex orthodoxorum patrum sententia loquentem.

Iam quod ea quae in prophetis literis eximiam Christi humiliationem declarant, partim ad impiorum hominum opinionem detorques, partim nobis accommodas, tum idoneis argumentis, tum grauissimis autoribus docuimus vere in ipsum Christum competere. Deinde quae verbosissime persequeris de dignitate Christi, demonstratum est nihil obstare summae eiusdem humiliationi. Neque enim ideo Christus non aliqua ratione minor angelis fuit quod ab angelis iubetur adorari, vt nec ideo nulla ratione parentibus ipse fuit superior quod eis subditus fuisse dicitur apud Lucam euangelistam. Quod si ideo non potest aliquo pacto angelis inferior dici quod nullus angelorum excitarit mortuos, sanarit aegrotos, vt interim taceam et per angelos aedita fuisse miracula, consequetur Christum discipulis suis fuisse minorem quod vt ipse facturos testatur maiora his fecerint.

Etenim quod adiicis de autoritate, Christus quoque suorum operum autoritatem Patri transscribit: opera Patris mei facio, vt mandauit mihi Pater, sic facio et *sermo quem audistis non est meus sed eius qui misit me Patris et mea doctrina non est mea*. Rursum quod negas Christum dici creaturam, etiam si nusquam a me dictus est, declarauis summis viris fuisse dictum creaturam.

Itidem quod *aequalitatis proportionem* asseris in Christo et ob id *vermem* dici non posse, euici in eodem et alteram esse proportionem iuxta quam non a me, sed a propheta dictus sit *vermis*. Etenim quod velut absurdissimum colligebas, cherubim quoque ad Deum collatos vermes dici posse, nihil equidem repugnarim, praesertim si hoc nominis illis tribuant prophetarum libri. Quanquam

huiusmodi permulta in ipso disputationis cursu dissimulaui, quod genus illud, cruciatus corporis tantos esse posse vt non queant inueniri maiores. Quantumuis

- 1719 faciat *A-C E BAS*: facit *D*.  
 1735 id *Ac B-BAS*: id id *A*.  
 1735-1736 vel abs te vel *BAS*: abs te dicerentur neque quae *A-E*.
- 1717 *infra abiectissimos homines* See appendix III, l. 24. Lefèvre's criticism of these words can be found in his *disputatio*, see appendix IV, ll. 132-137.  
 1718-1719 *vt ... gloriam* For this conviction of Erasmus, see the present apologia, ll. 774-782.  
 1720 *exinanitus* Cf. *Phil.* 2, 7.  
*ad prophetarum oracula* Erasmus mentions this probably because Lefèvre had stated that Erasmus' view (i.e., *Christum et infra abiectissimos homines fuisse diminutum*) prorsus prophetæ aduersatur, see appendix IV, l. 137. Moreover Erasmus may be responding here to Lefèvre's opinion that the characterization of Christ as a worm in *Ps.* 21, 7 reflected only the view of pharisees and scribes, not that of the prophet David or Christ himself. See appendix IV, ll. 183-185, 234-236.  
*vermis ... homo* *Ps.* 21, 7.  
 1721 *humilitatis exemplum* See this apologia, l. 1481: *exemplum humilitatis in Christo insigne esse volo*. Cf. Introduction pp. 27-28 and 36-37.  
 1722 *minimeque fictum* What Erasmus means is that Christ's humiliation was not only interpreted as such by his adversaries; in Erasmus' view it was objectively a real humiliation.  
 1722 *qui ... veritas* Cf. *Ioh.* 14, 6: "Ego sum via et veritas et vita".  
 1722-1723 *huiusmodi ... celsitudini* Cf. the present apologia, ll. 797-821 where Erasmus argues that people who want to emphasize Jesus' humiliation and people who rather want to stress his glory need not regard each other as enemies, since Jesus' majesty is not diminished by emphasizing his suffering and humiliation. Moreover, Jesus himself wanted to be remembered as he was then, in those humiliating circumstances, for that is why he showed himself to the people as a humiliated man.  
 1727 *iuxta ... sententiam* For the opinion of Ambrose, see ll. 880-900.  
 1732-1734 *et hunc ... intelligentiam* See appendix IV, ll. 132-136.  
 1733-1734 *Spiritu qui viuificat* Cf. *2 Cor.* 3, 6.  
 1734-1735 *deicientem ... Iudaicis* See appendix IV, ll. 347-349. For Erasmus' reaction to this accusation, see the present apologia, ll. 960-1011.  
 1737-1738 *praesertim ... loquentem* This clause belongs to *me* in l. 1736, not to *Spiritum* in l. 1736.  
 1739 *in prophetis literis* Erasmus means *Ps.* 21, 7: "Ego autem sum vermis et non homo".  
 1740-1741 *partim ... accommodas* Lefèvre did this quite extensively, see appendix IV, ll. 161-250.  
 1741 *idoneis argumentis* I.e., in the present apologia, ll. 1018-1160.  
*grauissimis autoribus* See ll. 1028-1091.  
 1743 *demonstratum ... humiliationi* See ll. 797-821.  
 1743-1745 *Neque ... adorari* These words of Erasmus' are of course in flagrant contradiction with what Lefèvre argued in his *disputatio*, appendix IV, ll. 283-292.  
 1744-1745 *ab ... adorari* I.e., according to *Hebr.* 1, 6.  
 1746 *apud Lucam euangelistam* *Lc.* 2, 51.  
 1746-1748 *ideo ... aegrotos* For this argument of Lefèvre, see his *disputatio*, appendix IV, ll. 446-453.  
 1748 *et ... miracula* E.g., *Act.* 12, 6-10.  
 1749-1750 *ipse ... fecerint* *Ioh.* 14, 12.  
 1751 *adiicis de autoritate* Lefèvre quotes a great number of passages from the Bible to prove Jesus' power and authority, see appendix IV, ll. 410-453.  
 1752 *opera ... alt. facio* Cf. *Ioh.* 14, 31. For similar phrases, see *Ioh.* 10, 25 and 10, 37.  
 1753 *sermo ... Patris* *Ioh.* 14, 24.  
 1753-1754 *mea ... mea* *Ioh.* 7, 16.  
 1754 *negas ... creaturam* See appendix IV, ll. 326-327.  
 1755 *declarauit ... creaturam* I.e., in the present apologia, ll. 1219-1250.  
 1756-1757 *aequalitatis ... posse* See appendix IV, ll. 237-241.  
 1757-1758 *euici ... vermis* See the present apologia, ll. 1154-1159.  
 1758-1759 *colligebas ... posse* See appendix IV, ll. 238-239.  
 1759-1760 *repugnarim ... tribuant* The subjunctives express "unreal cases": "I would not object, especially if the books of the prophets gave them this name"-which is not the case.  
 1762 *cruciatus ... maiores* Erasmus is probably referring to appendix IV, ll. 62-65: *Hac igitur ratione passibilitatis parum colligitur Christum*

exaggeres corporis cruciatus, certe acerbiores reddentur si paribus animi cruciatus conduplicentur.

1765 Porro quod vehementer execrabaris hypostaseos nomina pro altera natura accipi, primum docui istud nusquam a me factum, nisi quod tu huc mea detorques ac deprauas, quod etiam sicubi fecissem veterum orthodoxorum exemplo facturum fuisse. Nisi forte quum diuus Augustinus libro De Trinitate secundo, capite sexto scribit hunc in modum: *quia non sic est assumpta creatura*  
 1770 *in qua apparet Spiritus Sanctus, sicut assumptus est Filius hominis*, non accipit Filium hominis pro altera natura. Quanquam obiter et illud ostendi, tutius esse hypostaseos vocabula pro altera natura accipi quam quod tu vis, pro vtraque nimirum pro diuina humanae vnita, licet duas naturas significant. Ex superuacuo probatum est hoc quoque non solum de singulis naturis, verum etiam de quauis  
 1775 trium in Christo substantiarum, siue rerum, aliquoties posse enunciari, quod idem per hypostaseos vocabulum de Christo possit enunciari. Arbitror ex his liquere quam tu non satisfeceris, quum abunde satisfecisse tibi videaris per syllogismos in quibus abunde multum est conuiciorum, efficacium argumentorum nihil. Sed reliqua persequamur.

1780 Iam in his quae sequuntur sic vrges nos ac premis, vt necesse habeam fateri cautius ac circumspectius fuisse loquendum si iudices tam iniquos eram sortiturus. Sed imposuit mihi primum argumentum humilium annotationum et in hoc genere veteribus semper vsurpata libertas. Non expectabam tam oculatum et iniquum cauillatorem. Arbitrabar haec non lecturos nisi mei similes.

1785 Verum vt simplicitatis crimen agnosco, ita amentiam quam impingis deprecor. Primum enim in ea sum sententia vt existimem eos commentarios nec esse Hieronymi, nec ab vno homine collectos. Cur igitur, inquires, citas Hieronymi  
 1.B 51 nomine? Aliquo | titulo citandi erant et illic aliud agebatur quam de illorum autore. Et scis Hieronymum Paulo tribuere huiusmodi quandam, vt ita  
 1790 dicam, vafriciem, quod quaedam ad suum torqueat negocium et nonnunquam apud illum pugnent verba sacrae scripturae quae suis locis non pugnant, quemadmodum in epistola ad Titum Epimenidis prophanum dictum ad Christi trahit negocium. Et in Actis quod Aratus de Ioue dixit, Paulus ad Deum trahit et  
 1795 ibidem prophanum et impium arae titulum commutatis aliquot verbis detorquet in argumentum fidei. Etenim quum inscriptio sic haberet 'diis Asiae et Europae Africaeque', 'diis ignotis et peregrinis', tamen is ita torquet vt narret sibi conspectam aram quae titulum haberet 'ignoto deo', sicut autor est Hieronymus enarrans epistolam Pauli ad Titum. Neque te fugit, opinor, quam veteres ferme omnes sibi indulgeant in allegoriis, praesertim Ambrosius, Origenes et  
 1800 Hieronymus, in quibus labi negant periculosum si modo ad pios mores accommodentur.

Et tamen vide quanto alio tu mea verba detorques atque ego sensi atque etiam explicui, si quis Latine sciat. Non enim dixi haec non competere in Christum, sed *non videri admodum probari Hieronymo quod proprie Christo tribuantur*. Tu,  
 1805 vt apparet, *proprie* perinde valere putas ac si dixissem 'vere'. Ego sentio ea proprie

tribui Christo, quae sic tribuantur vt in neminem alium competant. Neque enim primus psalmus ideo non competit in quemuis hominem pium quod eum sacri doctores de Christo interpretentur. Quod ius si hic quoque nobis permittas, verum fuerit haec proprie non esse tribuenda Christo, quae iuxta tropologiam et  
1810 in caeteros homines competant. Nihil autem est, mea quidem sententia, in eo

1770 accipit *A-C E BAS*: accepit *D*.

1775 aliquoties *B-BAS*: deest in *A*.

1777-1778 per syllogismos *B-BAS*: deest in *A*.

1786 commentarios *A C-BAS*: in commentarios *B*.

*minorem factum angelis et maxime quo ad passionem corporis ... cum poenae corporis tantae esse possint quantae eae quae sunt animae, quare neque tantae, quantarum angeli sunt capaces.*

1765-1766 *vehementer ... accipi* See appendix IV, ll. 96-132.

1766 *primum ... factum* See the present apologia, ll. 826-841. There, however, Erasmus does not explicitly assert that he has never done this.

1766-1768 *quod ... fuisse* See ll. 582-599.

1769-1770 *quia ... hominis* Aug. *Trin.* II, vi, ll. 3-4, *CCSL* 50, edd. W.J. Mountain and Fr. Glorie, Turnhout, 1968, p. 93.

1773 *Ex superuacuo* "superfluously", cf. *Liv.* 2, 37, 8.

1775 *trium ... substantiarum* I.e., *caro Christi, anima Christi* and *diuinitas Christi*, see the present apologia, ll. 636-639. Erasmus is using here Augustine's term "substantia", see ll. 636-637 and n.

1778 *conuiciorum* "abusive language", "insults".

1782 *imposuit* "deceived".

1782-1783 *in ... libertas* See see nn. ll. 291-292 and 299-300.

1783-1784 *tam ... cauillatorem* For Erasmus' assessment of Lefevre's attitude towards Erasmus as reflected in his *disputatio*, cf. ll. 159-164 and n.

1785 *amentiam quam impingis* See appendix IV, l. 515. According to Lefevre it would be *amentia* to believe with Erasmus that Jerome's words "hunc locum (i.e., *Ps.* 8, 5-8) Apostolus in epistola ad Hebraeos super Christo interpretatur" imply that Jerome held that *Ps.* 8, 5-8 did not pertain to Christ. For the remark of Erasmus, see appendix III, ll. 54-55.

1786-1787 *existimem ... collectos* For the authority of the *Comm.* in *Ps.*, see the present apologia, n. ll. 542-546.

1787 *vno homine A-E*: homine *BAS*; igitur *E BAS*: deest in *A-D*.

1790 nonnunquam *Ac B-BAS*: deest in *A*.

1794 *arae BAS*: curiae *A-E*.

1797 sicut *E BAS*: vt *A-D*.

1787 *vno BAS* does not include this word, but the editions *A-E* do. It seems better to include it.

1789-1798 *Hieronymum ... Titum* Hier. *Comm.* in *Tit.* ad I, 12-14, Migne, *PL* 26, 605 C-609 C.

1790 *vafriciem* Cf. Erasmus, *Ratio*, ed. Holborn, p. 223, ll. 34 sqq. and Erasmus *Annot.*, *LB* VI, 501 E: "Ignoto deo) Et hic Hieronymus indicat Paulum pia quadam usum vafritie, quod nonnihil mutauit in titulo, non pauca omisit, quo commodius detorqueret ad exordium praedicandi Christum ... Quam equidem ciuilitatem imitandam arbitror iis, quibus studium est ethnicos, aut principes mala educatione deprauatos ad pietatem adducere ..." See also Erasmus, *Spongia*, *ASD* IX, 1, p. 154, l. 822. "Vafricies" is not recorded in Lewis-Short, nor in the *Oxf. Lat. Dict.* It is a synonym for "vafritia", "cleverness", "ingenuity". Cf. Hoven, *Lexique*, p. 376.

1792-1793 *in ... negocium Tit.* I, 12.

1792 *Epimenidis* Epimenides, *De onaculis* or *περὶ χρονημῶν*. Cf. Erasmus, *Annot. in N.T.* at *Tit.* I, 12, *LB* VI, 968 D.

1793 *in ... trahit Act.* 17, 28.

1793 *Aratus* I.e., in *Phainomena* 5.

1795-1797 *Etenim ... deo* Cf. *Act.* 17, 23.

1797-1798 *Hieronymus ... Titum* Hier., *Comm.* ad *Titum*, ad *Tit.* I, 12, Migne, *PL* 26, 607.

1798-1801 *veteres ... accommodentur* Erasmus is not referring to any particular passage in the Fathers mentioned, but characterizing their exegetical method in general.

1803-1804 *Non ... tribuantur* This is indeed what Erasmus argued, see appendix III, ll. 54-55.

1804-1805 *Tu ... vere* Erasmus is referring to appendix IV, ll. 507-517.

1810-1811 *eo psalmo Ps.* 8.

psalmo quod citra haeresim in omnes pios non possit accommodari. Videtur enim illic iuxta sensum infimum propheta mirari singularem Dei erga nos beneficentiam, qui cum sit excelsior coelis, tamen hominum in terris agentium curam agat, tantoque dignetur honore vt hominem vniuersis animantibus praefecerit, ad  
 1815 verbum pene referens quod est in Genesi: *replete terram et subiicite eam et dominamini piscibus maris et volatilibus coeli et vniuersis animantibus quae mouentur super terram*, ac propemodum coelitibus aequauerit raris animi dotibus.

Etenim quum ait: *quid est homo*, videtur humilitatem humanae conditionis intelligere. Quum addit: *minuisti illum paulum ab angelis*, ostendit quo subuectus sit munere diuino. Nam quod nos interpretamur de homine diminuto, id illic  
 1820 apparet dictum in diuersum sensum. *Minuisti eum paulo minus ab angelis*, hoc est: pene illum aequasti angelis. Dices: *somnium* adfers. Imo sic olim somniauit Arnobius, haud pessimus autor, qui totum hunc psalmum non ad Christum, sed ad Christi membra accommodat. Certe quod sequitur, *omnia subiecisti sub*  
 1825 *pedibus eius, oues et boues vniuersas insuper et pecora campi, volucres et caetera*, non videtur in Christum proprie competere sed in nos potius. Quid enim magni si Christus praefectus sit pecudibus, piscibus et volucribus? Et vides interpretem epistolae ad Hebraeos hucusque adduxisse testimonium psalmi, *omnia subiecisti sub*  
 1830 *pedibus eius*, omissis iis quae non aequae commode faciebant ad id quod tum agebat, et absolutum fecisse quod illic commemoratione sequenti videtur adstringi *oues et boues*. Alioqui qui conuenit vt sentiens de imperio Christi, quo regnat super omnem creaturam terrestrem ac coelestem, ea tantum nominatim recenseat quae sint infima pars imperii? Neque vero me fugit haec ad allegoriam trahi ab interpretibus, nec eam sane reiicio, licet aliquanto coactiorem  
 1835 nimirum a coactis.

Huiusmodi quippiam quum id temporis cogitarem et hoc agerem vt omnia tentans et velut hostiatim pulsans lectori variam cogitandi commentandique materiam subministrarem, id quod annotatoris est officium, visum est hoc  
 1840 ciuilitate indicare. Sunt enim quaedam quae magis indicanda sunt quam explicanda, quod a vetustissimis theologis factitatum videmus. Ac ne recentiores quidem prorsus eadem loquuntur in scholis et inter eruditos priuatim, aut si eadem dicunt, non eodem dicunt modo. Caeterum huiusmodi exagitare verbis et apud imperitum ac malignum vulgus traducere mihi parum ciuile videtur, nedum  
 1.B 52 amicum.

Quod si sermonis habitum animaduertas quo haec loquor, facile apparet quaerentis esse et tentantis, non asseuerantis. Videtur, inquam, *non admodum probasse*. Videntur quae non sunt eiusmodi, sed tamen speciem aliquam praebent. Atque hoc quoque mitigo, addens *non admodum*, hoc est 'non vsque-  
 1845 quaque'. Sed, inquires, vbi species ista quae faciat vt hoc videatur? Primum sic autorem nominat vt pondus probationis in eum reiicere videatur. Deinde quid  
 1850 magni est si Paulus hunc locum super Christo interpretetur, quum ipse Hieronymus totum eum psalmum ad Christum trahat?

Id paucis ac cunctanter monui lectorem vt excuteret, si quid illic esset excutiendum. Neque vero vlla dubitatio est an hic psalmus in Christum competat,



1855 sed an proprie, hoc est in solum Christum competat sic vt ad caeteros homines accommodari non possit, quum tamen totus ille psalmus iuxta communem sensum ad humanum genus pertinere videatur, cui Deus subiecit quicquid rerum aut animantium terra producit et tamen is animi diuinitate coelestia contemplatur. Certe diuus Augustinus sic de Christo exponit vt nobis etiam  
1860 attemperet, in Christo renatis. Magnum vero piaculum, si id duobus verbis lectorem admonitum esse volui.

1822–1824 Dices ... accommodat *BAS*: *deest in A–E*.

1829 omissis *Ac B–BAS*: amissis *A*.

1830 illic *A–E*: illi *BAS*.

1812 *propheta* I.e., David.

1815 *referens* This participle qualifies *propheta* (l. 1812).

1815–1817 *replete ... terram Gen. 1, 28*.

1818 *ait* I.e., *propheta* (see l. 1812).

1818 *quid est homo Ps. 8, 5*.

1819 *minuisti ... angelis Ps. 8, 6*.

1822 *somnium* "nonsense". Otto 1674. *Adag.* 1062 (Somnium, rem futilem, inanem et nihili). *LB II*, 430 C.

1823–1824 *Arnobius ... accommodat* *Arnob.*, *Comm. in Ps.*, ad *Ps. 8*, *CCSL* 25, ed. K.-D. Daur, Turnhout, 1990, p. 10.

1824 *Christi membra* I.e., the Christians, cf. *1 Cor. 12, 27*.

1824–1825 *omnia ... volucres Ps. 8, 8*.

1828–1829 *omnia ... eius Hebr. 2, 8*.

1829 *omissis iis* With *iis* Erasmus is referring to *oues ... volucres* (l. 1825).

1830–1831 *absolutum ... boues* "(you see that) he has given a general, unrestricted sense to what there, in the psalm, seems to be restricted by the subsequent mention of sheep and oxen".

1833 *recenseat* In view of the clause "he mentions the lowest range of his dominion", i.e., sheep and oxen, the subject of *recenseat* is the author of *Ps. 8*.

1833 *haec Ps. 8, 8–9*.

1834 *interpretibus* E.g., Ambr. *Expos. in psalmos CXVIII*, at *Ps. 8, 8–9*, *CSEL* 62, ed. M. Petschenig, Vienna and Leipzig, 1913, pp. 153–155. And Aug. *Enarr. in Ps.* at *Ps. 8, 8–9*, *CCSL* 38, edd. D.E. Dekkers and I. Fraipont, Turnhout, 1961, pp. 54–57.

1834–1835 *licet ... coactis* "although their allegorical exegesis is rather forced and far from being a strict interpretation." Erasmus is playing with the opposite meanings of *coactus*: "forced" and "strict", "accurate"; see Lewis-Short, s.v. "cogo", p. 363, *sub b* and *c*.

1837 *hostiatim pulsans* "going from house to house, knocking on doors". Quint. 5, 10, 122:

1835 nimirum a coactis *B–BAS*: *deest in A*.

1843–1844 nedom amicum *B–BAS*: *deest in A*.

1858 is *E BAS*: *deest in A–D*.

"neque ... scrutanda singula et velut ostiatim pulsanda". "Exploring every single possibility, one by one." *hostiatim=ostiatim*.

1838 *quod ... officium* For Erasmus' view on the task of commentators, cf. the present apologia, n. ll. 290–292, ll. 297–307 and nn. ll. 299–300 and 306–307.

1842–1843 *apud ... vulgus* Erasmus often gives the impression that he thought that everyone was interested in this controversy; see the present apologia, ll. 72–73 and n. He also feared the reaction this controversy might elicit from adversaries of the humanist movement. Cf. this apologia, ll. 41–42 and n.

1844 *amicum* See appendix IV, ll. 28–29. Cf. above, ll. 36–37, 1160–1161, 755, 1312–1313, 1337–1338, 1404–1405, 1412 and 1931.

1845–1847 *Quod ... probasse* Cf. Ep. 1581, from Erasmus to Natalis Beda, Basle, 25 June 1525, ll. 777–780: "Videtur, opinor, inter Fabrum et me plurimum esse discriminis. Ille fortiter asseuerat, ego nihil aliud quam disputo, iudicium aliis vbique deferens." Cf. the present apologia, n. ll. 290–292, ll. 297–307 and nn. ll. 299–300 and 306–307.

1846–1847 *Videtur ... probasse* See appendix III, l. 53.

1850 *autorem* The author of *Hebr.*

*nominat* The subject is Jerome.

1858 *is* I.e., "homo", man in general. It refers back to *humanum genus* in l. 1857; the grammatical incongruity is due to the fact that *humanum genus* paraphrases "homo" in *Ps. 8, 5*.

1858–1859 *coelestia contemplatur* A paraphrase of *Ps. 8, 4*: "videbo coelos tuos; opera digitorum tuorum, lunam et stellas quae tu fundasti". This verse, Erasmus is suggesting, describes the greatness of man in general, not of Christ alone.

1859–1860 *Certe ... renatis* Aug. *Enarr. in Ps.*, ad 8, 1, *CCSL* 38, edd. D.E. Dekkers and I. Fraipont, Turnhout, 1956, p. 50.

Iam vt illud attingam obiter, admiscens huius versiculi interpretationem, *quid est homo quod memor es eius aut Filius hominis quoniam visitas eum? Caeterorum, inquis, hominum non est nisi quaedam Dei memoria et, vt sic dicam, absentia* 1865 *quaedam quod id insinuat, quid est homo quod memor es eius? Siquidem memoria absentium est. Filii autem hominis, id est Christi, iam visitatio et praesentia vnionis et tantae quidem vnionis vt ea sit hypostatica et qua nulla maior esse potest. Quod et id insinuat, aut Filius hominis quoniam visitas eum, et huiusmodi Dei visitatio, praesentia, vnio, non hominem minuit, sed sic etiam eleuat super omnia vt paulo* 1870 *minutus sit a Deo et minui paulo minus a Deo est super omnia alia exaltari et omnia alia illi subiecta esse. In eo enim ait Apostolus: quod omnia ei subiecit nihil dimisit non subiectum ei, praeter eum qui subiecit ei omnia et de illa visitatione, vnione et a diuinitate apprehensione circa finem huius capituli subdit Apostolus: nusquam enim angelos apprehendit sed semen Abrahae apprehendit, quod quidem semen Abrahae* 1875 *alio loco interpretatur qui est Christus.*

Hactenus tua recensuimus. Primum, quid sibi vult hic sermo, *caeterorum hominum non est nisi quaedam Dei memoria? Vtrum sentis homines esse memores Dei an Deum esse memorem hominum? Deinde vtrum sentis homines absentes an absentem Deum? Sed hac amphibologia periculosior est illa, quae tibi* 1880 *superius excidit, quum ais: Verbum et Filius Dei diuinae est conditionis eiusdemque cum Deo naturae. Nam creatura non est perinde ac neque Deus. Vtrumque enim potest accipi, Deum Patrem non esse creaturam aut Filium Dei non esse Deum. Ad haec cum ais: Filii hominis, id est Christi, esse visitationem, vtrum intelligis Christum visitasse hominem an visitatum a Deo? Quod si visitationem* 1885 *appellas assumptionem humanae naturae, quomodo Christum dicis visitatum? An quemadmodum pie dicimus 'Deus assumpsit hominem', ita recte dicemus 'Deus assumpsit Christum'?*

Atqui hic ipsissimus est sermo ob quem paulo ante vapulabam abs te, non quod sic loquutus sim, sed quod sic loquutum putaras. Rursus quum ais: *non* 1890 *minuit hominem, nonne hominem, quod est hypostaseos vocabulum, pro humana accipis natura, quod ante fieri vetuisti? Ad haec quum ais de illa visitatione, vnione et apprehensione a Deo, demiror te in nostro sermone nodum, vt aiunt, in scyrpo quaerere, quum tibi permittas sic balbutire de rebus ineffabilibus. Quis enim sic vnquam locutus est, apprehensio a Deo, ne quid insecter intolerabilem vbique βαττολογίαν. Praeterea quum pergis et ais hac vnione Christum* 1895 *paulum imminutum a Deo, sed ita vt exaltatus sit super omnia, | si hoc erat exaltari super omnia, visitari a Deo et visitatus est qui assumptione vnitur, mox vt incarnatum est Verbum, Christus exaltatus fuit super omnia. Vbi est igitur, quod ait Paulus, Iesum paululum imminutum a Deo et mox ob passionem gloria et honore coronatum? Atque iterum, propter quod exaltauit illum Deus et dedit illi nomen* 1900 *et caetera, non ob natiuitatem sed ob crucis supplicium exaltatum declarans.*

Insuper quum ais: *apprehendit semen Abrahae qui est Christus, nonne videris Christum apprehensum dicere? Opinor enim hic apprehendi tibi nihil aliud esse quam 'assumi'. Item quod sequitur, sed nec vllum alium hominum apprehendit* 1905 *subaudis, opinor, 'quam Christum'. Perspicias, vt puto, quanta sit cauillandi*

materia, si quis tuo exemplo velit cauillari. Quanquam Augustinus, vnde istius interpretationis occasionem mutuatus es, non ait Christum visitatum a Deo sed ceu duos facit homines, veterem peccatorem cuius tamen meminerit Deus, huc quoque porrecta illius beneficentia qua prospicit et brutis animantibus, ac  
1910 nouum ad pietatem renascentem atque in hoc dicit hominis esse *visitationem*.

Hic quoque sciens ac prudens ad multa conniueo, ne quod coactus facio, videar cupide facere. Sed iam plane iuxta Graecorum prouerbium ἐπὶ τὰ Μανδραβούλου res nostrae procedunt. Nam crimen vnum aliud crimen excipit et  
1915 semper grauius, siquidem annotationis meae coronidem grauiter oppugnans in qua subieci: *et de autore eius adeo fuit dubitatum vt sero recepta sit a Romana ecclesia,*

1882 aut *A-C E BAS*: at *D*.

1888 Atqui *A C-BAS*: Atque *B*.

1889 sim *B-BAS*: sum *A*.

1862–1863 *quid ... eum Ps.* 8, 5.

1863–1875 *Caeterorum ... Christus* See appendix IV, ll. 386–399.

1871–1872 *quod ... subiectum ei Hebr.* 2, 8.

1872 *praeter ... omnia 1 Cor.* 15, 27.

1873–1874 *nusquam ... alt. apprehendit Hebr.* 2, 16.

1874 *semen Abrahae* Lefèvre's text reads *Abrahae semen*.

1879 *amphibologia* Erasmus has already discussed this case of *amphibologia* ll. 1269–1271. Cf. n. l. 1207.

1880–1881 *Verbum ... Deus* See appendix IV, ll. 325–326.

1888–1889 *non ... putaras* For earlier instances of Erasmus accusing Lefèvre of misrepresenting his argument, see ll. 546–549 and ll. 559–567, ll. 715–720 and ll. 1802–1805.

1891 *quod ... vetuisti* See appendix IV, ll. 116–119.

1891–1892 *de ... apprehensione* See the present apologia, ll. 1872–1875. Lefèvre's text reads: *de illa visitatione, vnione et a diuinitate apprehensione*.

1892–1893 *nodum ... quaerere Adag.* 1367, *LB* II, 546 F–547 A. Cf. *Plaut. Men.* 247 and *Ter. And.* 941.

1893 *ineffabilibus* The word has a religious connotation. For a similar reproach of an irreverent way of speaking leveled at Lefèvre, see l. 1343 (... *quam impie colligas* ...). Cf. appendix IV, l. 134, where Lefèvre accuses Erasmus of *impietas* and for Erasmus' reaction on it, see l. 234 and n.

1895 *βαττολογίαν βαττολογία*, "repetitive talk". *Adag.* 1092 (*Battologia*, *βαττολογία* Graecis multiloquium vocatur, a Batto quopiam inepto poeta qui hymnos quosdam conscripsit prolixos in quibus eadem crebrius iterabantur), *LB* II, 444 B–C. Cf. Erasmus, *Lingua*, *ASD* IV,

1891 accipis *A B E BAS*: accipit *C D*.

1903 tibi *B-BAS*: deest in *A*.

1905 sit *B-BAS*: deest in *A*.

1A, ed. J.H. Waszink, p. 39, n. l. 411: "Dans *Annot. in Mt.* 6, 7 (*LB* VI, 35 E) Erasme traite de la 'battologia', se référant au poète Battus 'qui conscripsit hymnos, in quibus eadem subinde inculcauit'. Puis il cite *Ov. Met.* II, 702–703."

1895–1896 *ais ... omnia* Erasmus is referring to Lefèvre's words in appendix IV, ll. 391–394. For Erasmus' reaction on this, see also the present apologia, ll. 1343–1350.

1897 *mox vt* Here begins the main clause: "then Christ was exalted as soon as (*mox vt*) the Word was made flesh."

1899–1900 *Iesum ... coronatum* Cf. *Hebr.* 2, 9.

1900 *propter ... nomen* Cf. *Phil.* 2, 9.

1902 *apprehendit ... Christus* See appendix IV, l. 397–399.

1904–1905 *sed ... apprehendit* See appendix IV, l. 399.

1906–1910 *Augustinus ... visitationem* Cf. the present apologia, ll. 1040–1049 and *Aug. Enarr. in Ps.* 8, ad 8, 10, *CCSL* 38, edd. D.E. Dekkers and I. Fraipont, Turnhout, 1956, pp. 53–54. For the term *visitare* and its explanation, see *ibid.* p. 53, l. 23 and p. 54, l. 41.

1911 *quod coactus facio* For Erasmus' disinclination to write this apologia, see ll. 72–73, 75–77 and nn., and ll. 1330–1332.

1912–1913 ἐπὶ τὰ Μανδραβούλου *Adag.* 158 (*Mandrabuli more res succedit ... hoc est, indies in peius labitur*), *ASD* II, 1, p. 272. Leutsch-Schneidewin I, p. 77; II, p. 114. See also *Ep.* 785, l. 10: "valetudo indies ἐπὶ τὰ Μανδραβούλου προχωροῦσα."

1913 *excipit* "follows after", "succeeds".

1914 *coronidem* "the conclusion", "the end".

1915–1918 *et ... inueniantur* See appendix III, ll. 56–59, quoted by Lefèvre in his *disputatio*, appendix IV, ll. 523–526.

*quandoquidem in hanc vnam omnium nihil commentatus est Ambrosius et Hieronymus ait a nonnullis non fuisse receptam ob id, quod in ea nonnulla recitentur quae apud Hebraeos non inueniantur.* Hic vero trifariam me criminaris. Primum stulticiae, qui haec adiecerim quum ad rem institutam nihil attinerent; 1920 deinde vanitatis, qui dixerim sero receptam quae semper fuerit recepta; tertio inscitiae imo, vt tu loqueris, insaniae et tantae insaniae vt totis Anticyris egeat, quod irata dialectica ridicule collegerim ideo sero fuisse receptam a Romanis, quod in hanc vnam nihil sit commentatus Ambrosius.

Verum vt ad singula paucis respondeam: si haec coronis ad id quod agebatur 1925 nihil pertinebat, cur tu meam stulticiam imitari voluisti, qui excutias quae ad tuam causam nihil attineant? Propositum erat tuam tueri sententiam, id iam absolueras, quorsum attinebat longius euehi? Nisi forte erat animus meas annotationes omnes excutere. Finge me subito mihi excidisse et superiorum omnium oblitum atque, vt Graecis est in prouerbio, ab asino delapsus repente in alio, 1930 quod aiunt, fuisse mundo, quid istud ad tuam causam attinebat? Posteaquam euiceras quod volebas, erat tuae ciuilitatis hanc amiculi tui delirationem dissimulare ac tegere, non saeuis verbis exagitare ac voluminibus vulgatis traducere.

Nullus est ferme mortalium, cui id aliquando non accidat. Nec deerant 1935 causae, quibus hoc ciuilitatis datum oportuit, etiam si nostra non postulasset amicitia. Vnus geminum negocium sustinebam, Hieronymi castigationem et Noui Testamenti, vtrumque difficillimum. Res compluribus praelis accelerabatur et valetudinem meam non ignoras. Mirabantur illi me tantum potuisse scribere quantum vel legisse laboriosum fuisset. Mirabar ego vicissim illos e schedis 1940 notatis verius quam descriptis posse quicquam excudere. Et vides me in ipso statim opere pollicitum tumultuariae aeditionis recognitionem. Haec certe iudicem aequiorem promerebantur, praesertim te tam amicum, si quid alicubi delirassetem.

Sed tamen ne me credas omnino delirasse quum illa subiicerem, existimabam nonnihil ad rem pertinere. Etenim proposita difficultate, quae 1945 vtrinque vrgebat, tentabam exitum, si qua liceret inuenire, ac videbar aliquam ostendisse rimam, si demonstrassem βραχύ τι ad temporis modum pertinere.

Quod si cui ista non satisfacerent ne quid intentatum relinquerem, et illud admonere volui, diu de huius epistolae autore fuisse dubitatum, praesertim apud 1950 LB 54 Latinos. Quod si esset dubitatum et merito dubitatum, certe leuius torqueret nos eius autoritas et liberius esset ad eius interpretationem respondere, nec adeo 1955 necesse foret vniuersam culpam in miserum interpretem reiicere. Verum hic, scio, ita videbor stulticiae crimen deprecatus vt impietatis incurram, quasi studeam eleuare pondus epistolae cuius autoritas orthodoxis omnibus sacrosancta est. Bona verba, doctissime Faber. Imo magno emptum cupiam vt ecclesia Christi eiusmodi complures haberet epistolas, quocunque autore ad nos profecta est.

Quod si mihi penitus constaret quid ecclesia de ea censeret, promptissime accederem eius iudicio. Atque adeo nunc, si parum est certum mihi quo animo hanc epistolam receperit ecclesia, tamen illud certissimum est, quicquid illa

1960 decreuit me toto pectore sequi velle et si quid etiam secus videretur, semper animi mei sensum illius iudicio submittere, modo ne protinus ecclesiae calculum interpreteris quicquid cuius theologo aut fortasse non theologo visum fuerit. Si vere iudicavit hanc esse Pauli atque ita nos iubet credere, credo et clamo esse Pauli. Sin recepit vt dignam quae legatur a christianis, cuiuscunque autoris sit,

- 1920 fuerit *A-C E BAS*: fuit *D*.  
 1922 receptam *A C-BAS*: recepta *B*.  
 1929 atque *B-BAS*: et *A*.  
 1931 euiceras *Ac B-BAS*: viceras *A*.  
 1933 aliquando non *BAS*: non aliquando *A-E*.
- 1918 *trifariam* The three corresponding sections of Erasmus' apologia begin on ll. 1924, 1947 and 2106 respectively.  
 1918-1919 *Primum ... attinerent* I.e., in appendix IV, ll. 526-532. Erasmus in his turn accused Lefèvre of the same, see Ep. 607 from Erasmus to Cuthbert Tunstall, Louvain, 17 July 1517, ll. 6-8: "... non sat habet suam interpretationem tueri, sed nostram quoque subdoscose insectatur, arrodens etiam quedam quae ad illius rem nihil attineant."  
 1920 *deinde ... recepta* See appendix IV, ll. 533-538.  
 1920-1923 *tertio ... Ambrosius Ibid.*, ll. 538-547.  
 1921 *vt ... egeat* "that it will need the whole of Anticyra to be cured"; Anticyra was an island that produced a herb used as a medicine against insanity, cf. ll. 2106-2112 and l. 1507.  
 1922-1923 *quod ... Ambrosius* See the present apologia, ll. 1915-1916.  
 1928 *mihi excidisse* "I lost control of myself". Lewis-Short, *s.v.* "excido", II, B, b.  
 1928 *superiorum omnium* "all that precedes, all the above".  
 1929 *ab asino delapsus* *Adag.* 630, *LB* II, 273 E. In Greek: ἀπὸ ὄνου χαταπεσών, Leutsch-Schneidewin I, p. 47; II, p. 299.  
 1929-1930 *in ... mundo* *Adag.* 197, *ASD* II, I, p. 300: "de ... quibus omnia noua videntur".  
 1931-1932 *erat ... traducere* Cf. Ep. 778, from Erasmus to William Budé, Louvain, 22 February <1518>, ll. 144-146: "Etiamsi vcre lapsus essem, erat hoc purae amicitiae tegere probrum amici et priuatis literis admonere."  
 1931 *amiculi* Cf. above, n. l. 1844 and ll. 36-37 and nn.  
 1932 *saeuis verbis exagitare* Erasmus is hinting at Lefèvre's vehement language in his *disputatio*, appendix IV, ll. 132-136; cf. this apologia, l. 234 and n.  
 1941 tam *A C-BAS*: iam *B*.  
 1943 subiicerem *A-D BAS*: subiicere *E*.  
 1944 Etenim *B-BAS*: Etenim cum *A*.  
 1949 leuius *A-C E BAS*: leuis *D*.
- 1932 *voluminibus vulgatis* For Erasmus' anger about the publication and wide circulation of Lefèvre's insulting *disputatio* before he was informed about Lefèvre's criticisms, cf. ll. 152-153 and n.  
 1935-1936 *Vnus ... Testamenti* Both Erasmus' *Nov. Instr.* and his first edition of Jerome's *Opera Omnia* were published in 1516; cf. Allen, introd. Ep. 326, introd. Ep. 396, introd. Ep. 373 and introd. Ep. 384.  
 1935 *Hieronymi castigationem* Erasmus' edition of the works of Jerome.  
 1936-1940 *Res ... recognitionem* This is an account of the printing of the *Nov. Instr.* in 1515-1516. Similar accounts of the same enterprise occur elsewhere in Erasmus' apologias and correspondence, usually meant as an excuse for the shortcomings of the *Nov. Instr.* as "praecipitatum verius quam aeditum", see H.J. de Jonge, *ASD* IX, 2, p. 61, n. l. 24, cf. p. 173, n. l. 144; see also p. 92, ll. 647-649; p. 138, l. 573 and p. 199, n. l. 599.  
 1936 *praelis* "presses".  
 1937 *illi* The printers.  
 1938 *schedis* "leaves", "sheets of paper".  
 1939 *excudere* "to print".  
 1939-1940 *in ... opere* In the introduction to the *Annotationes* on Mark, in the *Nov. Instr.* of 1516.  
 1943-1944 *existimabam ... pertinere* In contrast to what Lefèvre said in reply to Erasmus' words to the same effect; see appendix III, ll. 56-59. Cf. the present apologia, ll. 1918-1923.  
 1944-1945 *proposita ... urgebat* Cf. ll. 562-567.  
 1946 *rimam* Cf. *Adag.* 2175 (*Reperire rimam*), *LB* II, 764 C-D. Otto 1542.  
 1947 *Quod si* See n. l. 1918.  
 1952 *stulticiae crimen* See ll. 1918-1919 and n.  
 1952 *impietatis incurram* Lefèvre indeed accused Erasmus of *impietas*, see appendix IV, l. 134.

1965 rem amplector, de autore nihil disputo. Si vult huius auctoritatem parem esse cum caeteris Pauli epistolis, nihil refragor, sequor lubens quocunque me vocarit ecclesiastica auctoritas.

1970 At impium est, inquis, de his dubitare quum iam vbique receptissima sit Pauli nomine. Si impium est conuellere, quod publicus ecclesiae comprobauit vsus, quid receptius, quid decantatius ea lectione quam tu vt falsam ac mendosam et  
1975 Christo indignam insectaris, *minuisti eum paulominus ab angelis*? Tibi licebit errorem vocare quod tam multis seculis ecclesia legit et sequitur, quod omnium pene orthodoxorum auctoritas magno consensu approbat et mihi non licebit ciuilitate addubitare quo animo ecclesia hanc epistolam receperit, praesertim cum eam serius ac contantius receperit? Obiicis mihi synodi auctoritatem, profer synodum quae nominatim hanc pronunciarit esse Pauli. Quod si feceris, tuo telo te repetam et locum hunc tibi vicissim impingam synodi auctoritate comprobatum, quem tu non veritus es vt *impium* et Christo indignum incessere. Nihil est enim quod ad Hebraeos confugas vt donemus Hebraice scriptam. Certe nullus ausus est dicere se hanc Hebraice scriptam vidisse, quae Lucae tempore iam inter-

1980 ciderat, vt complures autumant.

Quaecunque synodus hanc approbauit, eadem hanc approbauit lectionem quam tu falsam et impiam esse contendis. Nisi forte dicturus es synodo fuisse codicem emendatum in quo scriptum fuerit *paulo minus a Deo* ac postea subito  
1985 libros omnes Graecos et Latinos fuisse deprauatos. Quod si tu possis ita perfricare faciem vt haec dicas, haud tamen scio an quisquam tam stultus futurus sit vt credat. Ego de autore duntaxat aio dubitatum. Fieri potest vt paulina non sit et tamen paulinis etiam melior. Et addo contantius receptam a Romanis. Verum hoc tu fortiter reiicis et negas fuisse dubitatum.

1990 Aequum est, mi Faber, mihi dari veniam hac in re diui Hieronymi ac diui Augustini auctoritatem sequenti. Certe apud Hieronymum crebra huius rei mentio, qui sic aliquoties adducit ex hac testimonia vt pene liberum faciat aduersus quem agit, seu velit recipere seu nolit.

Sed ad manum est interim vnus atque alter locus qui satis sit ad absolendum me mendacii crimine. Is enim edisserens Hieremiae caput trigesimum primum, *hoc*, inquit, *testimonio Paulus apostolus, siue quis alius scripsit epistolam, vsus est ad Hebraeos*. Et tamen hic agit Hieronymus cum orthodoxis. Si constabat esse Pauli, ridicule adiecit *siue quis alius scripsit epistolam*. Idem in epistola ad Dardanum: *illud*, inquit, *nostris dicendum est, hanc epistolam quae inscribitur ad Hebraeos non solum ab ecclesiis orientis, sed ab omnibus retro Graeci sermonis scriptoribus quasi Pauli apostoli suscipi, licet plerique eam vel Barnabae vel Clementis arbitrentur, et nihil interesse cuius sit, cum ecclesiastici viri sit et quotidie ecclesiarum lectione celebretur. Quod si eam Latinorum consuetudo non recipit inter scripturas canonicas, nec Graecorum quidem ecclesiae Apocalypsim Ioannis, eadem libertate suscipiunt. Et tamen nos vtramque suscipimus nequaquam huius temporis consuetudinem, sed veterum scriptorum auctoritatem sequentes, qui plerunque vtriusque abutuntur testimoniis, non vt interdum de apocryphis facere solent, quippe qui et*

1995  
2000  
1.B 55  
2005

gentilium literarum non raro vtantur exemplis, sed quasi canonicis et ecclesiasticis. Hactenus Hieronymi verba recensuimus. Nemo nescit quam violentus sit Hieronymus quum pugnat. Hic quum omnibus modis agat vt huic epistolae plurimum sit autoritatis, tamen fatetur suo seculo non fuisse receptam a Latinis inter canonicas, vt iam non solum de autore epistolae, verum de doctrina dubitarint.

Quod si nullus de ea dubitauit praeter Ebionitas, Marcionitas et horum similes haereticos, vt ais, consequitur Latinos ferme omnes haereticos fuisse et quidem pessimos.

Porro quod Hieronymus scribit se vtramque suscipere, quasi nec Latinus sit nec Graecus, non de synodi autoritate sed de scriptorum ordine loquitur, quibus hic mos est, vt quicquid vndecunque liceat arripere ad suum trahant

1965 lubens *A-C E BAS*: libens *D*.

1972 mihi *B-BAS*: nihil *A*; licebit *Ac B-BAS*: libebit *A*.

1980 vt complures autumant *BAS*: deest in *A-E*.

1989 ac *A B E BAS*: aut *C D*.

1993 atque alter *E BAS*: deest in *A-D*.

1996 agit *A C-BAS*: ait *B*.

1997 epistolam *A-D BAS*: epistolam. Rursus

Augustinus libro *De ciuitate Dei* sedecimo, capite vigesimo secundo *E*.

1997-2031 Idem ... notatus *D-BAS*: deest in *A-C*.

2014 vt ais *BAS*: deest in *D E*.

2017 non de synodi autoritate, sed *BAS*: deest in *D E*.

1967-1968 *impium ... nomine* Cf. appendix IV, ll. 523-572.

1969 *falsam ac mendosam* Cf. appendix I, l. 93.

1970 *Christo indignam* See appendix IV, l. 134.

Lefevre thought it unworthy of Christ to say that Christ *non paululum fuit imminutus a Deo, imo infra abiectissimos etiam homines*, as Erasmus said; see appendix III, ll. 23-24.

1974 *contantius* I.e., cunctantius, cf. n. l. 1987.

1980 *complures* It is unclear to whom Erasmus is referring here. Possibly, the supposition of the *complures* is nothing but Erasmus' own conclusion drawn from the common *argumentum* to *Hebr.*; see ll. 2043-2049, esp. 2047-2049.

1984-1985 *perfricare faciem* "to rub one's face in order to make one's blushes disappear", hence "to lay aside all sense of shame", cf. Quint. II, 3, 160. *Adag.* 747, *LB* II, 316 A-E. Otto 631.

1986 *Ego ... dubitatum* I.e., in appendix III, ll. 56-59, see also n. ll. 58-59.

1987 *Et ... Romanis* Appendix III, ll. 56-57. *contantius* I.e., "cunctantius", "with delay", cf. n. l. 1974, and l. 2046.

1988 *negas fuisse dubitatum* I.e., in appendix IV, ll. 533-538. Cf. the present apologia, l. 1920.

1989 *diui Hieronymi* Jerome repeatedly records the existing doubts as to the canonical authority

of *Hebr.* In *Epist. ad Dard.* 129, 3 he declares: "The custom of the Latins does not accept it as being one of the canonical Scriptures of St. Paul". "Very many rejected the Epistle to the Hebrews" (*Epist. ad Paul.* 53 (103), 8; cf. *De viris illustribus* 5; *Epist. ad Euang.* 73 (126), 4; *Comm. in Mt.* 26, 8, 9; in *Is.* 6, 2; 8, 16-17). See further this apologia, ll. 1993-2025 and nn.

1989-1990 *diui Augustini* Augustine leaves the question of the canonicity of *Hebr.* uncertain in *Inchoat. Expos. Epist. ad Rom.*, 11. For Augustine's uncertainty about the authenticity of *Hebr.*, see further the present apologia, ll. 2032-2034 and ll. 2036-2040.

1995-1996 *hoc ... Hebraeos* Hier. *Comm. in Hieremiam*, ad 31, 31-34, CCSL 74, ed. S. Reiter, Turnhout, 1960, p. 319.

1998-2007 *illud ... ecclesiasticis* Hier. *Epist.* 129, §3, CSEL 56, ed. I. Hilberg, Vienna and Leipzig, 1918, p. 169, ll. 7-19. Cf. this apologia, n. l. 1989.

1999 *retro* After *retro* Erasmus omits "ecclesiae". 2007 non Hilberg's edition does not include this word.

2011-2012 *de doctrina dubitarint* This does not appear from the passage quoted.

2013-2014 *nullus ... haereticos* See appendix IV, ll. 558-564 and n. l. 561.

negocium, quandoquidem in argumentorum agmine valent et apocryphorum et  
 2020 ethnicorum testimonia. Rursum cum ait: *quasi canonicas*, satis fatetur illas non  
 vere canonicas fuisse.

Idem exponens Matthaei caput 26 ita scribit: *nam et Paulus in epistola quae*  
*inscribitur ad Hebraeos, licet de ea multi Latinorum dubitent.* Non dixit multi  
 haeticorum, sed multi Latinorum. Item enarrans Esaiæ caput 50: *dicitur,*  
 2025 *inquit, et in epistola quae fertur ad Hebraeos.*

Origenes homilia in Matthaëum 26 sic adducit huius epistolæ testimonium vt  
 non ausit tamen ab aduersario flagitare vt Pauli videatur, ac propemodum remit-  
 tit vt sit eo loco quo liber apocryphus qui inscribitur *Secreta Esaiæ*. Quod si tibi  
 Origenes est haeticus, certe non hac parte notatus est ab Hieronymo quod  
 2030 libros canonicos reiecerit. At ecclesia comprobat Origenem in iis in quibus ab  
 Hieronymo non est notatus.

Rursum Augustinus libro *De ciuitate Dei* 16, capite 22 citaturus hanc  
 epistolam, praefatur in hunc modum: *de quo in epistola quae inscribitur ad*  
*Hebraeos, quam plures apostoli Pauli esse dicunt, quidam vero negant* et caetera.  
 2035 Non dixit: orthodoxi dicunt esse apostoli Pauli, haetici negant, sed: *plures*  
*dicunt, quidam negant*, numerum distinguens, non fidem. Atque idem Augusti-  
 nus, quum alias Pauli testimonia solitus sit adducere cum honorifica eius nominis  
 praefatione, ex hac ferme sic allegat: *scriptum est in epistola ad Hebraeos, sic*  
*intellectum est in epistola ad Hebraeos.* Et: *de illo etiam in epistola legitur quae*  
 2040 *inscribitur ad Hebraeos*, vt appareat nec Augustino de autore satis constitisse.

Tibi constat ab Apostolo scriptam, constat Hebraice scriptam, de solo inter-  
 prete non constat quod in hunc visum est omnem conferre culpam et istud  
 impune fore putares. Atqui quisquis is fuit qui in hanc addidit argumentum,  
*hanc, inquit, epistolam fertur Apostolus ad Hebraeos conscriptam Hebraica lingua*  
 2045 *misisse, cuius sensum et ordinem retinens Lucas Graeco sermone composuit.* En quam  
 hic contanter loquitur, quam suspensio incedit gradu. Cur e duobus quae pariter  
 hic refert, alterum tibi constat, alterum reicitur? Atque illud obiter adiciam, si  
 epistola Hebraice scripta extabat, quorsum addit *cuius sensum et ordinem retinens*  
*Lucas*. Si iam interciderat Hebraica, mirum est tantam tantis de rebus epistolam  
 2050 tam cito interciderat, quum Hierosolymis esset frequens ecclesia.

Vides omnino fuisse qui de huius autore dubitarint, nec admodum constitisse  
 fuisse Hebraice scriptam. Nec mirum te nihil addubitare, hominem adeo credu-  
 lum, vt insulsissimam rabulae cuiuspian epistolam qua iubet versiculos *gloria*  
*Patri* et caetera accini singulis psalmis, plane credas esse diui Hieronymi tantum  
 2055 quod titulum habeat Hieronymi, qui Pauli ad Senecam inscriptas epistolas vere  
 credas esse Pauli, qui frigide confictum ad Laodicenses epistolium adiunxeris  
 reliquis illius epistolis ceu *γνήσιον* ac germanum. Caeterum parum tutum est his  
 2060 credere qui tam | facile credunt. Malim ego iudicio ac delectu credere quam  
 omnia credere. Atqui diuus, inquis, Hieronymus hanc citat Pauli titulo et alicubi  
 contendit esse Pauli. Citat nomine Pauli quod a plerisque legebatur hoc titulo,  
 nec erat vbiuis de autore digladiandum. Contendit alicubi esse Pauli, sed non hac



in re tantum vafer et a seipso dissentiens Hieronymus, quem facile crediderim huic fausse epistolae vt eruditae pariter ac piaae et, vt non omnino abhorruit a

- 2020 canonicas *E BAS*: canonicis *D*.  
 2032 Rursum *BAS*: Rursus *A–D*, *deest in E*; Augustinus ... 22 *A–D BAS*: *deest in E*.  
 2038 ex hac *Ac B–BAS*: ex hoc *A*.
- 2022–2023 *nam ... dubitent* Hier. *Comm. in Mt.*, ad 26, 8–9, *CCSL* 77, edd. D. Hurst and M. Adriaen, Turnhout, 1969, p. 247, ll. 1025–1027.  
 2022 *Paulus* After *Paulus* Erasmus omits “apostolus”.  
 2023 *inscribitur* The edition of Hurst-Adriaen reads “scribitur”.  
 2023 *de ea multi* The edition of Hurst-Adriaen reads “multi de ea”.  
 2024–2025 *dicitur ... Hebraeos* Hier. *Comm. in Is.*, ad 50, II, *CCSL* 73A, ed. M. Adriaen, Turnhout, 1963, p. 557, l. 15.  
 2026–2028 *Origenes ... Esaiiae* Orig. *Comm. in Mt.*, ad 23, 37–39, *GCS*, Origenes II, edd. E. Klostermann, E. Benz and U. Treu, Berlin, 1976, p. 50, ll. 26–28.  
 2027 *aduersario* See *ibid.*, p. 24, ll. 6–7: a possible opponent.  
- 2298–2299 *cardinalis Senogallensis* Erasmus is referring to the Franciscan Marco Vigerio of Savona (1446–18 July 1516), cardinal-bishop of Senigallia, and author of an apologia in defence of Lefèvre. This apologia disappeared after Vigerio's death, cf. G. Bedouelle, *Le Quincuplex Psalterium, un guide de lecture*, Geneva, 1979, pp. 160–161. A. Renaudet, *Préforme et humanisme à Paris pendant les premières guerres d'Italie (1494–1517)*, Paris, 1916, p. 654, mentions a letter from Hummelberg to Beatus Rhenanus (in: A. Horowitz and K. Hartfelder, *Briefwechsel des Beatus Rhenanus*, Leipzig, 1886, Epist. 51, p. 78) Rome, 29 May 1515, in which Vigerio's apologia is mentioned: "Apologiam cardinalis Senogalliensis pro Fabro, nostro Stapulensi, non indignam putavi tua lectione ... Numerosa tamen cohors est illorum, qui quum ex sese nihil praestans edere possint, eruditis et primi nominis viris student oblectare .... Cujusmodi sunt, qui Fabrum haereseos insimulare conantur ...."
- 2302–2303 *viros ... calamo* Fierce criticisms arose, especially from the Louvain theologians, after the publication of Lefèvre's translation, paraphrase and annotations of Paul's epistles, because, in this book, Lefèvre dares to make corrections on the Vulgate, to assert that the Vulgate was not the work of Jerome, and to oppose Jerome and other Church Fathers occasionally in his commentary; see J.-P. Massaut, *Critique et tradition à la veille de la réforme en France*, Paris, 1974, pp. 49–50.
- 2308–2313 *Connivemus ... proferam* *Adag.* 750, *LB* II, 317 C–D (Connivere). It is probably no coincidence that, in enumerating the Church Fathers who made serious mistakes, Erasmus mentions Jerome first, since Jerome was the only Church Father whom Lefèvre could cite in support of his interpretation of *Hebr.* 2, 7.
- 2309–2312 *Hieronymus ... appellat* *Hier. Epist.* 69, 1–2, *CSEL* 54, ed. I. Hilberg, Vienna and Leipzig, 1910, pp. 679–680.
- 2316–2318 *quia ... est* Ambrosiaster, *Comm. in Cor.* ad 1 *Cor.* 7, 10–11, *CSEL* 81, 2, ed. H.I. Vogels, Vienna, 1968, pp. 74–75, see especially p. 75, ll. 9–11.
- 2317 *constringitur* After *constringitur* Erasmus omits "vir".
- 2319–2320 *Sententiarum ... subdita* Petrus Lombardus, *Sententiae in IV libris distinctae*, lib. IV, dist. 35, c. iii, 2, ed. Collegii S. Bonaventurae ad Claras Aquas, Protaferata (Rome), 1981, t. II, p. 469.

Non officit Cypriani merito nobis sacrosanctae memoriae quod constanter censuerit rebaptizandos baptizatos ab iis quos inquinaret haereseos suspicio. Atqui haec vna res Donatistas et Rogatianos fecit haereticos, quum in caeteris essent orthodoxi vel ipso confitente Augustino.

2325 Nullus Augustinum in ius vocat quod scripserit Iesu matrem ea nocte qua cap-  
 1.B. 61 tus est et mox passus est filius, nonnihil in | fide vacillasse, licet leuius caeteris  
 apostolis. Locus est in quaestionibus Veteris ac Noui Testamenti, quaestione 73,  
 si quis requiret. Si cui non vacabit, ipsius verba subscribam: *quod autem, inquit,*  
 2330 *adiexit dicens: et tuam ipsius animam pertransibit gladius vt reuelentur multorum*  
*cordium cogitationes, hoc vtiq̄ue significauit quia etiam Maria per quam gestum est*  
*mysterium incarnationis Saluatoris in morte Domini dubitaret, ita tamen vt in re-*  
*surrectione firmaretur. Nemo scribit illi dicam, quod Petro apostolorum principi,*  
 etiam post Spiritum Sanctum datum, tribuit maliciosam simulationem et peruer-  
 sum onerandi gentes studium. Sic enim scribit enarrans epistolam ad Galatas:  
 2335 *Petrus autem quum venisset Antiochiam obiurgatus est a Paulo, non quia seruabat*  
*consuetudinem Iudaeorum in qua natus atque educatus erat, quanquam apud gentes*  
*eam non seruaret, sed obiurgatus est quia gentilibus eam volebat imponere. Idem*  
 libro De agone christiano, capite trigesimo factum hoc Petri *superstitiosam simu-*  
*lationem* appellat et caeteris illius peccatis diffidentiae, pugnae et abnegationis  
 2340 admiscet. Atque adeo paulo post in eodem capite durius etiam *prauam* Petro  
 tribuit *simulationem*: *hos, inquit, ecclesia catholica materno recipit sinu, tanquam*  
*Petrum post fletum negationis per gallicantum admonitum aut tanquam eundem post*  
*prauam simulationem Pauli voce correctum. Atque haec adeo non retractauit, vt*  
 post Hieronymum ad palinodiam prouocarit qui prauitatem noluerit Petro  
 2345 tribuere, quam ne tum quidem credibile est in eo fuisse cum Christi doctrinam  
 nondum intelligeret. Quicquid enim vnquam peccauit Petrus, non destinata  
 malicia peccauit, sed aut affectu sedulo, licet errante, aut subito terrore aut  
 humana fragilitate. Quod idem de Paulo sentiendum existimo.

Nemo Chrysostomum in ius vocat quod virgini matri tribuerit eiusmodi affec-  
 2350 tum quo matrum vulgus imperiosum in liberos ex illis famam ac laudem cap-  
 tat. Is enim edisserens Matthaei caput duodecimum inter caetera scribit in hunc  
 modum: *quamuis et ex facto matris nonnihil importunitatis quoque accessit. Consy-*  
*dera igitur tam matris quam fratrum importunitatem. Nam cum debuissent intrare*  
 2355 *atque cum turbis simul audire aut saltem expectare foris sermonis finem ac demum*  
*accedere, ambitione quadam ac ostentatione commoti foras eum in praesentia*  
*omnium euocauerunt* caeteraque quae sequuntur in hanc sententiam. Idem  
 enarrans Ioannis euangelistae caput secundum, vt clarius ita durius eadem praed-  
 icat hisce verbis de Maria proprie loquens: *optabat enim vt iam hominum gratiam*  
 2360 *conciliaret et ipsa clarior filii gratia efficeretur et fortasse aliquo humano afficiebatur*  
*affectu, quemadmodum et fratres eius quum dixerunt: ostende teipsum mundo,*  
*cupidi eius miraculis sibi famam comparare. Ac paulo post idem agens: siquidem*  
*non adhuc debitam de ipso opinionem habebant, sed more matrum Maria iure*  
*omnia se filio praecepturam censebat, quum tanquam Dominum colere et reuereri fas*  
 esset. Hactenus Chrysostomus.

2365 Iam vero quid commemorem id quod est omnium veterum commune, soli Christo tributium perpetuam immunitatem a peccato originis? Graue crimen,

- 2324 Augustino *BAS*: Augustino. Nemo insecatur Hilarium quod Arrianos recusarit nisi rebaptizatos *DE*.
- 2339 *alt. et BAS*: *deest in DE*.
- 2340–2341 Petro tribuit *BAS*: *deest in DE*.
- 2321–2323 *Cypriani ... haereticos* Under Cyprian's guidance, the Church decided that a valid sacrament could not be administered by a cleric in a state of sin. W.C.H. Frend, *The Encyclopedia of Religion* IV, edd. M. Eliade et alii, New York, 1987, pp. 420–422.
- 2323 *Donatistas* "Theologically the Donatists were rigorists, holding that the Church of the saints must remain 'holy'... and that sacraments conferred by *traditores* were invalid .... The Church maintained that the unworthiness of the minister did not affect the validity of the sacraments, since, as Augustine insisted, their true minister was Christ. The Donatists, on the other hand, went so far as to assert that all those who communicated with *traditores* were infected, and that, since the Church is one and holy, the Donatists alone formed the Church. Converts to Donatism were rebaptized, a proceeding repeatedly condemned by orthodox synods." *ODCC*, edd. F.L. Cross and E.A. Livingstone, Oxford, 1983<sup>3</sup>, p. 419.
- 2323 *Rogatianos* By the end of the 4th century the Donatist movement fell apart in radical and more moderate elements. One of the more moderate leaders was Rogatus, bishop of Cartenna. His followers were the Rogatists or *Rogatiani*. See L. Ueding s.v. "Donatisten" in *LThK* 3 (1959), col. 505–506.
- 2323–2324 *quum ... Augustino* Cf. H. Chadwick, *The Early Church*, Middlesex, 1986, pp. 221–222.
- 2325–2332 *Augustinum ... firmaretur* Ps. Aug. *Quaestiones Veteris ac Novi Testamenti* LXXVII (LXXIII), 2, CSEL 50, ed. A. Souter, Vienna and Leipzig, 1908, p. 131, ll. 12–16.
- 2330–2331 *est mysterium* Souter's edition reads "mysterium est".
- 2331 *in resurrectione* Souter's edition does not read *in*.
- 2335–2337 *Petrus ... imponere* Aug. *Comm. in Gal.* I, ad 2, 11–16, Migne *PL*, 35, 2113, ll. 49–53.
- 2337 *gentilibus* The text in Migne reads "gentibus".
- 2345 *quam E BAS*: *quamvis D*.
- 2349–2350 *affectum E BAS*: *quendam affectum D*.
- 2356 *sequuntur E BAS*: *subsequuntur D*.
- 2362 *habebant E BAS*: *habebat D*.
- 2338–2339 *superstitiosam simulationem* Aug. *De agone christiano* 30, 32, CSEL 41, ed. I. Zycha, Prague, Vienna, Leipzig, 1900, p. 135, l. 7.
- 2339 *diffidentiae* *Ibid.*, p. 135, ll. 4–5.
- pugnae* *Ibid.*, p. 135, l. 6.
- abnegationis* *Ibid.*, p. 135, ll. 6–7.
- 2340–2341 *prauam ... simulationem* See the present apologia, nn. ll. 2340–2343.
- 2341–2343 *hos ... correctum* Aug. *De agone christiano* 30, 32, CSEL 41, ed. I. Zycha, Prague, Vienna and Leipzig, 1900, p. 135, ll. 15–18.
- 2341 *recipit* Zycha's edition reads "recepit".
- 2344 *post* Adverb: "later".
- palinodiam* Cf. *Adag.* 859 (*Palinodiam canere, Παλινοδεῖν, ... est diuersum ab his quae prius dixeris dicere atque in contrarium vertere sententiam*), *LB* II, 356 A–D. Otto 1323.
- 2345 *quam* i.e., *prauitatem*.  
*in eo* i.e., *Petro*.
- 2345–2346 *cum ... intelligeret* Erasmus means that Peter did not fully understand Jesus' teaching until after his resurrection; cf. *Mc.*, 9, 9–10; *Ioh.* 2, 22.
- 2347 *affectu sedulo* "out of zeal, enthusiasm". See e.g., *Ioh.* 13, 9 and 18, 10.
- 2347 *subito terrore* *Mc.* 9, 6, *Mt.* 14, 30.
- 2348 *humana fragilitate* *Mt.* 26, 40.
- 2349–2356 *Nemo ... euocauerunt* Chrys. *Hom. in Mt.* 44/45, at *Mt.* 12, 46–49, Migne *PG* 57, 464, l. 46–465, l. 3.
- 2356–2361 *Idem ... comparare* Chrys. *Hom. in Ioh.* 20/21, at *Ioh.* 2, 3, Migne *PG*, 59, 129, l. 46–51 and 130, ll. 31–51.
- 2360 *ostende ... mundo* *Ioh.* 7, 4.
- 2361–2364 *siquidem ... esset* Chrys. *Hom. in Ioh.* 20/21, at *Ioh.* 2, 4, Migne *PG* 59, 131, ll. 7–11.
- 2365–2366 *soli ... originis* Erasmus himself considered it preferable to follow the conviction of the Church (after the Council of Basel in 1439) and to believe in the Immaculate Conception of the Virgin Mary, see L.-E. Halkin, *La mariologie d'Erasmus*, in: L.-E. Halkin, *Erasmus, sa pensée et son comportement*, London, 1988, pp. 39–43.

si quidem hoc tam contumeliosum est in virginem matrem quam videri volunt Scotidarum familiae. Neque vero referimus haec hoc agentes vt veterum lapsus vulgo traducamus, sed vt declarem quam sit iniquum in recentiorum scriptis nihil non excutere, detorquere ad calumniam quae simplici pioque dicuntur animo: hoc haeresim sapit, hoc male sonat, hoc scandalo esse posset, hoc suspectum est, hoc parum reuenter dictum in magistros nostros.

Quin potius ea lex nobis placet inter omnes quam diuus Augustinus in omnibus scriptis suis ratam esse vult. Sic enim loquitur libro De Trinitate primo, capite tertio: *proinde quisquis haec legit, vbi pariter certus est, pergat mecum; vbi pariter haesitat, quaerat mecum; vbi errorem suum cognoscit, redeat ad me; vbi meum, reuocet me. Ita ingrediamur simul charitatis viam tendentes ad eum de quo dictum est: quaerite faciem eius | semper, et hoc, inquit, placitum, pium atque tutum coram Domino Deo nostro, cum omnibus interim qui ea quae scribo legunt, et in omnibus scriptis meis, maximeque in his vbi quaeritur vnitas Trinitatis.*

Quanto consultius hoc, mi Faber, quam mutua reprehensione et nostrum et aliorum perdere studium, imo iuxta Paulum, dum *inui cem mordemus* et mordemur, alium ab alio confici. Equidem arbitror ne Christo quidem esse gratum sic suam defendi dignitatem vt christiani famam indigne laceremus. Pacis autor est, concordia suorum potissimum oblectatur, siue quid est officii, siue quid est contumeliae in se admissum ducit quod in fratrem admiseris. E quamlibet leui scintilla dissidium nascitur, at semel natum late spargit incendium. Accurrunt hinc atque hinc qui fauent, qui amant, qui oderunt, qui inuident. Hic frigidam, vt aiunt, suffundit, ille oleum camino adiicit, bellum repente fit quod erat monomachia, nec finis donec res in rabiem exeat. Fit interim iactura charissimae possessionis, quam ego in amicis sitam arbitror. Mihi succensent tui, tibi fortasse nonnulli meorum indignantur. Quanto placabilius erat communicatis inuicem amicis conduplicato lucro ditescere? Si fieri potest vt, quemadmodum ait Hieronymus, *in scripturarum campo sine nostro dolore ludamus*, age mutua conflictatione vel doceamus aliquid vel discamus.

Sin hostis est tibi qui quocunque modo abs te dissenserit, si talibus saxis petitur, excedo campo, hac lege non congregior. Gladiatorum ista pugna est, non theologorum. Est humanus error, est et christiana correptio. Ego sic lapsus tuos correxeram vt gratiam etiam me sperarem initurum. Et apud me sane iniret qui sic admoneret. Neque vereretur ipsum Hieronymum si viueret, si sic lapsus fuisset, itidem admonere, nec dubitarem quin is boni consulturus esset. Ignoscendus error si nimium bene de te sensi, siquidem tu maluisti regerere crimen quam emendare monitus erratum. Ego tantum adnotaram in voculis aliquot esse lapsum te, nihil vltra exaggerans. Tu vbi nihil commissum est, impietatis crimen impingis. Sic charitatis officium officio pensas. Diuus Augustinus non dedignatur reuocari quum lapsus est. Tu quum nondum episcopus sis, imo nec in theologorum, opinor, senatum allectus, turpe putabas si proxima aeditione quaedam mutasses, ac maluisti tam multos tecum errare quam tuum errorem agnoscere?

Nondum contuli singula, sed tamen in aliquot incidi loca in quibus demiror quid tibi volueris, vt ex animo loquar, mi Faber.



- 2367 volunt *D BAS*: voluerit *E*.  
 2373 inter omnes *D-BAS*: deest in *A-C*.  
 2379 interim *E BAS*: inierim *A-D*.  
 2384 defendi *A-C E BAS*: defendere *D*.  
 2385 suorum potissimum *A-C E BAS*: potissimum suorum *D*.
- 2368 *Scotidarum familiae* "the various groups of Scotus' followers (want it to be considered)". Duns Scotus (ca. 1265-1308) was famous for his fervent defence of the doctrine of Maria's Immaculate Conception. See *ODCC*, p. 431, s.v. "Duns Scotus".
- 2375-2380 *proinde ... Trinitatis* Aug. *Trin.* I, 3, *CCSL* 50, ed. W.J. Mountain and Fr. Glorie, Turnhout, 1968, p. 32, ll. 1-8.
- 2377 *meum* i.e., *errorem*.
- 2378 *quaerite ... semper* Ps. 104, 4; 1 *Chr.* 16, 11.
- 2379 *cum omnibus* This is an adjunct to *ingradiamur simul* in l. 2377.
- 2382 *iuxta Paulum* Gal. 5, 15.
- 2384 *famam indigne laceremus* See Sall. *Iug.* 38, 54.
- 2384-2385 *Pacis autor est* Subject is Christ.
- 2385 *officii* "a kindness", "favor".
- 2385-2386 alt. *siue ... admiseris* Mt. 25, 40.
- 2387 *nascitur* *BAS* reads "nescitur". All other editions, *A-E*, read "nascitur" which is preferable. "nescitur" makes no sense in this context; see also *natum*, l. 2387.
- 2388-2389 *frigidam ... suffundit* "aquam frigidam suffundere", "to pour cold water on (someone)", "to calumniate", "inveigh against". Cf. Plaut. *Cist.* 35. *Adag.* 951 (*Frigidam aquam suffundere ... Plautus in Cistellaria videtur vsurpasse pro eo quod est instigare clanculum*), *LB* II, 382 B-E. See Otto 137 n. (Otto does not consider it a proverb but rather a metaphor.)
- 2389 *oleum camino adiicit* "oleum camino adicere", "to add oil to the fire", "to aggravate an evil". Cf. Hor. *Serm.* 2, 3, 321. *Adag.* 109 (*Oleum camino addere, pro eo, quod est: malo fomentum ac velut alimoniam suppeditare, quo magis ac magis augecat*), *ASD* II, 1, p. 221. Otto 1283.
- 2391 *Mibi succensent tui* "Your friends have become angry with me". Cf. n. ll. 250-251.
- 2391-2392 *tibi ... indignantur* See, e.g., Ep. 601 from Thomas More to Erasmus, London, 16 July <1517>, ll. 34-36: "Sed illius alterius boni senis non possum satis demirari sententiam, qui pius scilicet ac modestus tam immodeste dimicat pro gloria: qua si sic insistet, totus excidet."
- 2394 *Hieronymus ... ludamus* Hier. *Epist.* 115, 1, *CSEL* 55, ed. I. Hilberg, Vienna and Leipzig, 1912, p. 397, ll. 4-5: "in scripturarum, si placet campo sine nostro invicem dolore ludamus."
- 2396-2397 *saxis petitur* Ps. Ov. *Nux* 2.
- 2398 *Est ... error* Cf. Cic. *Phil.* 12, 2, 5: "cuiusvis hominis est errare". Otto 821.
- 2398-2399 *Ego ... initurum* Cf. the present apologia, ll. 111-122 and n. ll. 117-118, ll. 225-226 ll. 317-324, ll. 345-347. And cf. Ep. 778, from Erasmus to William Budé, Louvain, 22 February <1518>, ll. 275-278: "... alii iudicant offensum illum, quod a se in Annotationibus meis locis aliquot ausus sim dissentire, hunc loliginis succum in me vicissim effudisse; videlicet pro officio, pro quo par erat gratiam reponere, summam contumeliam rependisse."
- 2401-2402 *Ignoscendus ... sensi* "I deserve to be forgiven for my mistake, if I had too favourable an opinion of you", that is, if Erasmus was wrong in assuming that Lefèvre would take his criticisms well. Cf. ll. 49-50 and n. and ll. 56-57 and ll. 244-245.
- 2402 *regerere* "to retort". Cf. Sen. *Phaedra* 720: "Regeramus ... crimen" and Seneca maior, *Controversiae* 7, praef. 6: "omnia crimina regereret".
- 2403-2404 *Ego ... exaggerans* Cf. the present apologia, n. ll. 117-118.
- 2404 *vbi ... est* Unlike Erasmus, Lefèvre holds that Erasmus' interpretation of *Hebr.* 2, 7 affects the dignity of Christ. Cf. the present apologia ll. 45-46 and n., ll. 82-83 and n., ll. 226-227, ll. 262-263 and n.
- 2404 *impietatis crimen* For this accusation of Lefèvre against Erasmus, see his *disputatio*, appendix IV, l. 134 and for Erasmus' feelings about it, see this apologia, l. 234 and n.
- 2405 *charitatis officium* Cf. ll. 2398-2399 and n. *officio* is meant ironically.
- 2405-2406 *Divus ... est* For an example of this, see ll. 709-710 and nn. Of course, Erasmus is referring to Augustine's *Retractiones* in general.
- 2406-2407 *nec ... allectus* Lefèvre had no theological degree and had apparently never studied in a department of theology. Rice, *Prefatory Epistles*, intr., p. xiv.
- 2409 *contuli* "I compared".

In epistola ad Colossenses, capitulo secundo, indicaram te lapsum in verbo καταβραβεύετω, quumque rem Hieronymi et Graecanicorum scholiorum, postremo et Ambrosii autoritate demonstrassem, subiicio: *ex his satis liquet quantum absit a vero Iacobi Stapulensis, hominis alioqui eruditi, hoc in loco sententia.*

2415 Vide num qua sit hic insectatio, num quid simile tuis *refutamus animose* vt *Christo Deoque indignissimum*. Quin vltro excuso lapsum tuum addens: *verum hunc in errorem induxit Valla qui putat καταβραβεύειν esse 'ad brabium euocare' siue 'brabium ostentare'*. Et tamen ne sic quidem admonitus putasti locum hunc mutandum, etiamnum legitur in tua translatione: *nullus vos ad brabium vocet*  
2420 *volens*. Adhuc mordicus tenes tuam coactissimam enarrationem ab omnium veterum interpretatione dissentientem. Tantum addis in examinatione: *nemo vos brabio frustret aut nemo vos ad brabium vocet. Sunt enim qui vocabulum*  
καταβραβεύετω *hic positum hoc potius significare putant, iuxta quorum intelligentiam interpretati sumus*. Primum nihil interest vtrum 'frustrare brabio' dicas an  
2425 'interuertere brabium'? Deinde tantum valet apud te Laurentii autoritas vt hunc vnum quam theologos veteres omnes et in his Hieronymum sequi malueris? Praesertim quum Valla nullius autoritate confirmet quod dicit. Iam illud mihi vide,  
LB 63 te rogo, quum ista tractares, quum publicam mundi lectio|nem mutare velles, indignum tibi visum est dispicere quid legeret Ambrosius, quid annotasset  
2430 Hieronymus, harum rerum haud quaquam incuriosus, quid prodidissent Graeci interpretes? An res tam seria tibi tam leui brachio neglectimque videbatur agenda? Nec haec dixerim, optime Faber, quo te criminer sed vt in posterum reddam attentio-  
rem, quandoquidem et in commentariis quos in Psalmos aedidisti, mallet paulo diligentius obseruasses quid sensissent superiores interpretes, quo-  
2435 rum maxima turba est.

Rursus in epistola ad Ephesios, capitulo quarto, vbi pudendo lapsu ex κυβεία κυβείαν nescio quam feceras, quoniam nullo modo poteras tergiuersari, in translatione quidem pro *turbatione* reposuisti *nequitiam*, caeterum in expositione reliquisti *turbationem* nec mutas ridiculam et coactam interpretationem. In examinatione vero pristinam annotationem sustulisti nec tamen exponis quid sibi velit  
2440 κυβεία, perinde quasi *nequitia* Graecam vocem exprimat. Si nihil hic erat annotandum, cur annotaras in priore aeditione? Si erat, cur hic praetermittis? Si non placebat quod ego adduxeram, quin tu melius aliquid adferebas?

Iam non postulo vt agnoscas monitorem sed in docendo requiro ingenuitatem,  
2445 etiam si hic magis eram tibi nominandus quam illic, vbi nihil ad te pertinent quae scribo. Quid istuc, quaeso, pudoris est, ne dicam supercilii? Vsque adeone turpe putas παλινοιδεῖν?

2415 quid B-BAS: aliquid A.

2417 errorem A-C E BAS: errore D.

2443 aliquid D-BAS: deest in A-C.

2411 In ... secundo Col. 2, 18.

2411-2413 indicarim ... demonstrassem Erasmus  
Nov. Instr., p. 546.

2411 te lapsum Lefèvre had not understood the meaning of the word καταβραβεύετω: he

translated: "nullus vos ad brabium vocet volens", Iac. Faber Stapulensis, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1512, f° 44r°. In his commentary Lefèvre wrote: "vocabulary hic positum potius significat excitare et vocare ad brauium", *ibid.*, f° 185v°.

- 2412 *καταβραβεύετώ καταβραβεύω* “to deprive one of the prize”, “deprive one of one’s right”, *Col.* 2, 18.
- 2412 *Graecanicorum scholiorum* I.e., Pseudo-Oecumenius, whose *Comm. ad Col.* is included in Migne *PG* 119. Cf. *ASD* IX, 2, p. 195, n. l. 539.
- 2413–2414 *ex ... sententia* Erasmus *Nov. Instr.*, at *Col.* 2, 18, p. 546.
- 2414 *hoc in loco* In the *Nov. Instr.*, p. 546, Erasmus wrote “in hoc loco”.
- 2415–2416 *refutamus .. indignissimum* See appendix IV, ll. 134–135. Lefèvre’s text reads: *aniose refutabimus tanquam impium et Christo Deoque indignissimum*.
- 2416–2418 *verum ... ostentare* Erasmus *Nov. Instr.*, at *Col.* 2, 18, p. 546.
- 2417 *Valla* For the reference, see the present apologia, n. ll. 2426–2427.
- 2419–2420 *nullus ... volens* Iac. Faber Stapulensis, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris 1516/7, f<sup>o</sup> 42v<sup>o</sup>.
- 2420–2421 *Adhuc ... dissentientem* Nor did Lefèvre alter it in his third edition, Iac. Faber Stapulensis, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1517, f<sup>o</sup> 35 e3v<sup>o</sup>.
- 2420 *mordicus tenes Adag.* 322 (Mordicus tenere), *ASD* II, 1, p. 426.
- 2421–2424 *nemo ... sumus* Iac. Faber Stapulensis, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1516/7, f<sup>o</sup> 177v<sup>o</sup>. Lefèvre retained this addition in the third edition, Iac. Faber Stapulensis, *S. Pauli epistolae*, Paris, 1517, f<sup>o</sup> 145 11r<sup>o</sup>.
- 2426 *Hieronymum* Jerome did not write a commentary on *Col.* Erasmus is referring to the translation of *Col.* 2, 18 in the Vulgate, although neither Erasmus nor Lefèvre believed that the translation in the Vulgate is Jerome’s.
- 2426–2427 *Praesertim ... dicit* Laurentius Valla, *In Nouum Testamentum ex diuersorum vtriusque linguae codicum collatione annotationes cum primis vtilis*, ed. Des. Erasmus, in: Laurentius Valla, *Opera Omnia* I, Torino, 1962, reprint of Basel 1540, p. 880.
- 2428–2432 *quum ... agenda* It is not the first time in this apologia that Erasmus reproaches Lefèvre for having consulted too few or none of the authorities; see ll. 391–394.
- 2431–2432 *leui ... agenda* “leui” (or “mollis”) “bracchio agere aliquid”, “to do something superficially, negligently”. *Adag.* 327 (Molli brachio, leui brachio), *ASD* II, 1, p. 428. Otto 270.
- 2436 *in ... quarto* *Eph.* 4, 14. Here the Vulgate has “nequitia”. In 1512, Lefèvre replaced this by “turbatione”, defended this reading in his exposition, and in a note in the “examinatio” of the passage. In 1516/7, after Erasmus had criticized the change, Lefèvre restored “nequitia” to the text, retained “turbatione” in the exposition, and dropped the note from the “examinatio” without replacing it by something else, and without mentioning Erasmus.
- 2436 *pudendo lapsu* Lefèvre made this translation error in his *S. Pauli epistolae*, Paris, 1512, f<sup>o</sup> 38r<sup>o</sup>. In his “examinatio” he noted: “Vulgata aeditio: in naequitia hominum, potius: in turbatione hominum”, *ibid.*, f<sup>o</sup> 169r<sup>o</sup>. All editions of this apologia have *κυβεία* in the nominative, not in the dative as one might expect after *ex*. *κυβεία* “game of dice”. *Eph.* 4, 14: ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, “by the trickery of men”.
- 2437 *κυβείαν κυβεία*, “confusion”, “disturbance”.
- 2437–2438 *translatione ... nequitiam* Iac. Faber Stapulensis, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1516/7, f<sup>o</sup> 36v<sup>o</sup> (“in nequitia hominum”). At this point the third edition, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1517, f<sup>o</sup> 30v<sup>o</sup>, follows the second.
- 2438 *nequitiam* “vileness”, “wickedness”.
- 2438–2439 *expositone ... interpretationem* Iac. Faber Stapulensis, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1516/7, f<sup>o</sup> 160v<sup>o</sup> (“in turbatione hominum”). The same information is given in the third edition, *id.*, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1517, f<sup>o</sup> 131 r3v<sup>o</sup>.
- 2439–2440 *examinatione ... sustulisti* Lefèvre removed the note from the commentary in his second edition, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1516/7, f<sup>o</sup> 161v<sup>o</sup>, and also omitted it in his third edition, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1517, f<sup>o</sup> 132 r4v<sup>o</sup>.
- 2444–2446 *Iam ... scribo* Cf. Ep. 607, from Erasmus to Cuthbert Tunstall, Louvain, 17 July, <1517>, ll. 2–8: “Faber Stapulensis nobis nouum peperit negocium, qui suos commentarios in Paulum rursus edidit, multis locis emendatis ex nostro admonitu, nec vsquam vlla nostri mentio, nisi vno in loco, nempe in secundo capite Epistolae ad Hebraeos, vbi non sat habet suam interpretationem tueri sed nostram quoque subdiosse insectatur, arrodens etiam quedam quae ad illius rem nihil attinebant.”
- 2444 *ingenuitatem* Erasmus uses this word as an allusion to the vain *id ego ingenue fateor* of Lefèvre in his disputation. Erasmus ridiculed this formulation excessively. See the present apologia, l. 1580 and n.
- 2445 *illic* *Hebr.* 2, 7. Cf. ll. 1918–1919 and 1924–1925.
- 2447 *παλινωθεῖν* Cf. *Adag.* 859 (Palinodiam canere, Παλινωθεῖν, ... est diuersum ab his quae prius dixeris dicere atque in contrarium vertere sententiam), *LB* II, 356 A–D. Otto 1323.

Ad haec in epistola ad Philippenses, capite secundo, vbi pro παραβουλευσά-  
 2450 μενος vertisti *ex deliberatione positurus est animam*, quum ego citra tui nominis  
 notam indicarim Graeci participii vim, tu tamen pertinaciter adamas tuum illud  
*ex deliberatione positurus*. At primum, quis vnquam dixit 'ex deliberatione' pro  
 'consulto'? Deinde quum Graece sit παραβουλευσάμενος participium indefinitum,  
 qui possit esse *positurus*? Magis vertendum erat 'tradita' siue 'periculo exposita  
 2455 vita'. Rursus quis hominum dixit 'ponere' pro 'periculo exponere'? Nam quod  
 Christus ait: ego *animam meam pono*, 'ponere' dixit 'deponere'.

Sed quemadmodum in annotationibus meis prudens plura dissimulaui, quo  
 paucis annotatis te redderem cautiorem, plura indicaturus si fors hoc a me literis  
 tuis flagitasses, ita non est animus hic omnia persequi. Sed tamen erat tuae fidei  
 quum rursus euulgares opus, eradere quaedam quae docti nec sine risu nec sine  
 2460 stomacho lecturi sunt. Quod genus est illud in epistolae ad Ephesios capitulo  
 sexto, *aduersus spiritualia nequitiae in coelestibus*, vbi doces legi posse *in coelestes*, id  
 est aduersus coelestes, cum Graece sit ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, quasi vero praepositi-  
 tio ἐν vlllo pacto Graecis sonare possit 'aduersus', quemadmodum facit εἰς. Haec,  
 mi Faber, quum scribis, quid aliud quam teipsum pueris quoque deridendum  
 2465 propinas? Huic simile est quod κατ' ὀφθαλμοδουλείαν vertis *ad oculum seruitio*,  
 quasi non multo latinus interpres vertisset: *ad oculum seruientes*.

Item quod in epistolae prioris ad Corinthios capite septimo παράγει γὰρ τὸ  
 σχῆμα τοῦ κόσμου et vertis et annotas *decipit figura huius mundi*, non attendens  
 2470 παράγει neutrum esse verbum, quod vel ex aliis locis poteras colligere, praesertim  
 quum toties legas in Euangelio ὑπάγε ὀπίσω, *vade retro*. An non istud erat  
 mutandum, praesertim quum id solus produxeris omnibus retro scriptoribus tuae  
 sententiae refragantibus? Et tamen vides quam nec hic exagitem te in annota-  
 tionibus meis, quum optimo iure possim.

Rursum eiusdem epistolae capite 5 συναχθέντων, reclamantibus omnibus  
 2475 tum Graecis, tum Latinis atque ipsa etiam Graeca grammatica, vertis et annotas  
 vertendum esse: *condolentibus vobis*, pro *congregatis vobis*. Quid hoc lapsu  
 foedius et tamen hoc loco vide quam honorifice quamque reuerenter abs

2455 deponere A C-BAS: pro deponere B.

2460 capitulo BAS: capite A-E, cap. E.

2462 est A C-BAS: deest in B.

2467 Item D-BAS: Iterum A-C.

2470-2471 erat mutandum A-C E BAS:  
mutandum erat D.

2473 possim D-BAS: possem A-C.

2474 omnibus Ac B-BAS: deest in A.

2476 vertendum Ac B-BAS: verrendum A.

2477 foedius A B E BAS: verius C D; tamen Ac  
B-BAS: tum A; quam Ac B-BAS: deest in A;  
quamque B-BAS: quam A.

2448 *epistola ... secundo Phil. 2, 30*. In the  
*Nov. Instr.* the note on this passage has been  
 placed at the beginning of caput three, p. 539,  
 but the Greek text and translation, as usual at  
 the end of caput 2, p. 98. Erasmus did not  
 name Lefèvre in this passage, on p. 539.  
 Lefèvre has not altered his translation and his  
 n. *ad locum* in the second and third edition.  
 2448-2449 *vbi ... animam* Iac. Faber Stapu-

lensis, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1512,  
 f<sup>o</sup> 41v<sup>o</sup>.

παραβουλευσάμενος παραβουλεύομαι, "to  
 venture, to risk". The verb occurs in the *tex-  
 tus receptus* of *Phil. 2, 30*. Critical editions  
 read παραβολ-. See H.J. de Jonge, *Ein Konjek-  
 tur Joseph Scaligers zu Philipper II 30*, in:  
*Novum Testamentum 17* (1975), pp. 297-302.

2449-2450 *quum ... vim* Erasmus, *Nov. Instr.*,

- p. 539: "Tradens animam suam: παραβουλεύσάμενος. Ambrosius Graecam vocem propius expressit: *in interitum tradens animam suam*. Est autem παραβουλεύεσθαι male consulere et non habere rationem alicuius. Sentit enim Paulus illum ope diuina seruatum fuisse. Alioqui ipse se praecipitauerat in exitium vitae."
- 2449–2450 *citra ... notam* Cf. the present apologia, l. III, *citra famae tui dispendium* and l. 346, *citra tui notam*.
- 2450–2451 *tu ... positurus* Iac. Faber Stapulensis, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1516/7, f° 40<sup>r</sup>. He retained this translation in his third edition, *S. Pauli epistolae*, 1517, f° 33 eiv°.
- 2452 *indefinitum* "aoristi".
- 2455 *ego ... pono* Ioh. 10, 15: "Et animam meam pono pro ouibus meis". Cf. Ioh. 10, 17.
- 2456 *in ... dissimulauit* Cf. for the same pretension, the present apologia, ll. 117–118 and n.
- 2460–2461 *epistolae ... sexto* Eph. 6, 12.
- 2461 *aduersus ... caelestibus* In discussing Eph. 6, 12 in his *Nov. Instr.*, Erasmus does not criticize Lefèvre's opinion.
- 2461–2462 *vbi ... coelestes* Iac. Faber Stapulensis, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1512, f° 173<sup>r</sup>. Lefèvre corrected this neither in his second edition, see id., *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1516/7, f° 165<sup>v</sup>, nor in his third edition, id., *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1517, f° 135<sup>v</sup>. But in the translation in all three editions, he translates "in coelestibus": f° 39<sup>v</sup>, f° 38<sup>r</sup> and f° 31<sup>v</sup>, respectively.
- 2465 *propinas* "deliver", "give". Cf. Ter. *Eunuchus* 1087: "hunc ... vobis propino ... deridendum".
- quod ... seruitio* Eph. 6, 6; Iac. Faber Stapulensis, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1512, f° 39<sup>v</sup>. Erasmus mentions neither Lefèvre nor his remark on the phrase at issue when dealing with Eph. 6, 6 in the *Nov. Instr.*, p. 534. Lefèvre's translation remained unaltered in his second edition, id., *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1516/7, f° 38<sup>r</sup> and in his third edition, id., *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1517, f° 31<sup>v</sup>.
- 2466 *ad ... seruientes* This is the wording of the Vulgate. *interpres* refers to the translator to whom these words in the Vulgate are due.
- 2467 *epistolae ... septimo* I Cor. 7, 31. Erasmus criticizes Lefèvre's note on this passage in the *Nov. Instr.*, p. 467.
- 2468 *vertis* Iac. Faber Stapulensis, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1512, f° 16<sup>v</sup>.
- annotas* *Ibid.*, f° 118<sup>r</sup>: "Vulgata aeditio: praeterit enim figura huius mundi, potius: decipit enim figura mundi huius".
- 2469 *neutrum* "intransitive". Cf. Erasmus' note in the *Nov. Instr.*, at I Cor. 7, 31, p. 467: "Praeterit enim figura. παράγει. Faber Stapulensis emendat: 'decipit', quod ipsa vox videatur
- ita sonare, παράγειν, quasi 'seducere' siue 'a via abducere'. Verum huius verbi composita saepenumero et neutralia vsurpantur, vt ὑπάγω, et magis quadrat ad Pauli sententiam."
- 2470 *toties ... retro* This phrase occurs e.g., in *Mt.* 16, 23 and *Mc.* 8, 33.
- 2470–2471 *An ... mutandum* Lefèvre did not alter his translation of I Cor. 7, 31 in his second edition, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1516/7, f° 16<sup>v</sup>, nor in his third edition, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1517, f° 13 b5 r°, nor did he correct his annotation, *S. Pauli epistolae*, Paris, 1516/7, f° 112<sup>v</sup> and *S. Pauli epistolae*, Paris, 1517, f° 43 m5<sup>v</sup>.
- 2471–2472 *praesertim ... refragantibus* Erasmus is suggesting once again that Lefèvre's opinion conflicts with orthodox tradition, cf. the present apologia, ll. 399–404, ll. 542–546 and n., ll. 822–824 and n. l. 824 and n. ll. 1077–1078. Cf. also Ep. 765 from Erasmus to Edward Lee, <Louvain>, <c. January 1518>, ll. 2–6 and Ep. 766 from Erasmus to Henry Glarcanus, Louvain, 18 January 1518, ll. 22–37. In these two letters, Erasmus emphasizes that Lefèvre's opinion that Christ resurrected after three days, not within three days, conflicts with the orthodox tradition.
- 2471 *retro* "of former times".
- 2472–2473 *quam ... possim* For this benevolence of Erasmus towards Lefèvre, cf. this apologia, ll. 117–122.
- 2474 *eiusdem ... 5* I Cor. 5, 4.
- 2475 *ipsa ... grammatica* Erasmus is referring here to Greek grammar in general. In the *Versandliste* (F. Husner, p. 242, nr. 317), however, a "Grammatica Chrysolorae grae." is mentioned. Chrysoloras (c. 1350–c. 1414), a Byzantine humanist and diplomat, composed *inter alia* a Greek grammar. Information about the declension of the participles of ἀπάγειν occurs in Ἐρωτήματα τοῦ Χρυσολωρᾶ, Venice, 1528, p. 116.
- vertis* Iac. Faber Stapulensis, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1512, f° 15<sup>r</sup>.
- 2475–2476 *annotas vertendum esse* *Ibid.*, f° 113 r°: "Vulgata aeditio: in nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis et meo Spiritu. Potius dicendum: condolentibus aut contristatis vobis et meo Spiritu ... verbum enim ἀχθομαι tristor significat, cuius compositum συνάχθομαι". Lefèvre's proposal represents a serious mistake of course, συναχθέντων being the participle passive aorist of συνάγομαι, "to meet".
- 2476–2480 *Quid ... potuit* For the same claims, cf. ll. 114–130 and nn.
- 2477–2478 *hoc ... dissentiam* I.e., in Erasmus, *Nov. Instr.*, p. 462. For the note at issue, see the present apologia, ll. 2483–2485.

te dissentiam. Nihil hic in homine tui studiosissimo desiderare potes, nisi quod  
 LB 64 tecum non sentit et quod tui nominis mentionem facit, quando alioqui nec  
 2481 amanti nec honorificentius fieri potuit. Et tamen vt fieret, res ipsa compelle-  
 bat. Id ita esse facile perspiciet cordatus lector qui tua cum meis attentius con-  
 tulerit. Atque adeo, quoniam non est quibuslibet copia voluminum, mea sub-  
 scribam: *Faber, inquam, Stapulensis, amicus noster, hunc locum mutauit volens*  
 2485 *συναχθέντων deduci a συναχθομαι, cuius in hac quidem parte non subscribo iudicio,*  
*etiamsi alias eruditissimo pariter ac diligentissimo viro lubens assentior.* Hactenus  
 annotatio mea. Lapsus excusari non potest ac ne tegi dissimulariue possit abs te  
 ipso curatum est.

Et quanquam in diuinis libris nullus error non magnus est, huius voculae  
 mutatio, praeterquam quod inanem et frigidum sensum inducit, tollit id quod  
 2490 graues probatique interpretes annotandum duxerunt, nempe Paulum quum esset  
 apostolus ab ipso Christo institutus haud tamen sibi sumere vt solus veluti suo  
 nomine sententiam pronunciet, sed eam a communi ecclesiae consensu vult  
 proficisci; secus quam hodie faciunt episcopi quidam, meram tyrannidem exer-  
 centes in suos, cunctaque gerentes non ex publico consilio sed ex animi libidine.

2495 Deinde monebat hic locus propalam conuincendum et emendandum, si quis  
 id forte commeritus fuerit, non priuatim aut clanculum, partim vt huius vnus  
 exemplo caeteri deterreantur a peccando, partim ne quis oppressum aut iniuste  
 damnatum queat calumniari. Hanc tam salubrem admonitionem sustulit tuum  
*condolentibus.* Ergo cum operae precium esset indicare lapsum tuum et id pu-  
 2500 blica suaderet vtilitas, qui fieri potuit amanti aut honorificentius aut syncerius  
 quam a me factum est?

I nunc et tuam istam beneuolam disputationem, si libet, cum mea reprehensionem  
 componito, si modo haec reprehensio dici debeat. Nihil hic aceti, nihil  
 puris, nihil stomachi, nihil ostentationis. Sic medeor errori vt foueam amicum,  
 2505 quum tu amicum nec lapsum, nec contra te facientem toties aceto perfundas in  
 vnica disputatiuncula. Neque vero tanta erat tua autoritas vt hanc meam ciuili-  
 tatem aliquis possit metum interpretari, aut tanta felicitas vt praemii spe videri  
 possim adlatus. Charitatis erat hic pudor, non assentationis aut timoris.

2510 Sed vt pergamus, in epistola ad Corinthios secunda, capite sexto, quis, oro te,  
 laturus est voces istas nihil omnino significantes 'secundorum et aduersorum'? Et  
 tamen nec admonitus mutasti. Rursum eiusdem epistolae capite decimo, quum

2478 homine *A C-BAS*: nomine *B*.

2480–2481 compellebat *A C-BAS*: compellabat  
*B*.

2485–2486 Hactenus annotatio mea *BAS*: *deest*  
*in A-E*, Qui potui temperantius? Hactenus

annotatio mea *M*, sed Erasmus ipse verba Qui  
 potui temperantius? *deleuit*.

2491 sumere *B-BAS*: sumit *A*.

2497 oppressum *A B D-BAS*: oppressam *C*.

2499 indicare *A B D-BAS*: iudicare *C*.

2481–2482 *qui ... contulerit* For this emphasis on  
 the contrast between Erasmus' benevolence and

generosity towards Lefèvre and Lefèvre's harsh-  
 ness and intolerance towards Erasmus, cf. the

- present apologia, ll. 114–130 and nn., ll. 159–164 and n., ll. 342–348, l. 1328 and n., ll. 1458–1459, ll. 2113–2114 and n. and ll. 2499–2501.
- 2483–2485 *Faber ... assentior* Erasmus, *Nov. Instr.*, p. 462.
- 2485–2486 *Hactenus annotatio mea* As appears from the critical apparatus, these words were added in *BAS*. They occur also as a manuscript note in the margin of a copy of *E*<sup>2</sup>, now in Cambridge, were Erasmus himself wrote: “Qui potui temperantius? Hactenus annotatio mea”. Erasmus crossed out “Qui potui temperantius?”, but left the phrase “Hactenus annotatio mea”. For this addition see *Intr.* p. 56.
- 2486–2487 *ne ... est* “and you yourself are responsible for the fact that it cannot be covered up or ignored”, since Lefèvre himself called attention to his alteration in the translation by devoting an explanatory note to it. Lefèvre did not correct his translation in his second edition, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1516/7, f<sup>o</sup> 151<sup>o</sup>, nor in his third edition, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1517, f<sup>o</sup> 12 b4<sup>o</sup>. Erasmus does not mention and probably did not notice that Lefèvre had corrected his rendering in his *expositio*, id., *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1516/7, f<sup>o</sup> 107<sup>o</sup>. This correction was taken over in the third edition: *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1517, f<sup>o</sup> 89 m1<sup>o</sup>. In his *examinatio*, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1516/7, f<sup>o</sup> 107<sup>o</sup>–108<sup>o</sup>, Lefèvre stated: “Vulgata aeditio: ‘in nomine domini nostri Ihesu Christi congregatis vobis et meo Spiritu’. ‘Congregatis vobis’: sic probe stat a verbo συναγομαι quod ‘congregor’ et ‘conuocor’ significat, vt amicus noster Erasmus diligenter annotauit. Et hac in parte libens eius subscribo iudicio.” The same passage appears in the third edition, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1517, f<sup>o</sup> 89 m1<sup>o</sup>.
- 2489 *tollit* “destroys”, “abolishes”.
- 2490 *interpretes* E.g., Ambrosiaster, *Comm. in Epistolas Paulinas*, CSEL 81, 2, ed. H.I. Vogels, Vienna, 1968, ad 1 *Cor.* 5, 5: “nam omnium consensu et praesentia, sed et virtute domini Iesu, id est sententia, cuius legatione fungebatur apostolus, abiciendum illum de ecclesia censuit”.
- 2490–2491 *Paulum ... institutus* *Gal.* 1, 12.
- 2491–2493 *haud ... proficisci* 1 *Cor.* 5, 4.
- 2493–2494 *secus ... libidine* For criticism of the bishops’ selfishness and lust for power, cf. *Enchir.*, ed. Holborn, p. 13, ll. 19–22; p. 18, ll. 4–5: “Episcopos mox ambitionis et auaritia morbus corripuit”; *Moria*, ASD IV, 3, pp. 170–172, ll. 739–752.
- 2495 *monebat* I.e., Paulus (see l. 2490).  
*hic locus* 1 *Cor.* 5, 4–5.
- 2499–2500 *id ... vtilitas* For Erasmus’ sense of responsibility with regard to the spread of both the correct reading and the correct interpretation of the biblical text, cf. the present apologia, ll. 89–90 and n. and ll. 108–111.
- 2500–2501 *qui ... est* Erasmus is convinced that his behaviour towards Lefèvre was much more courteous than that of the latter towards Erasmus; cf. ll. 2481–2482 and n.
- 2502 *beneuolam* Erasmus uses this word because, towards the end of his *disputatio*, Lefèvre claimed he had composed his apologia in a friendly spirit (*beneuole*): *Et hic nostrae disceptationis cum viro quidem peramico beneuole susceptae finem facimus*, appendix IV, ll. 873–874.
- 2503 *aceti* *Adag.* 1252 (Acetum habet in pectore), *LB* II, 506 C–D; Otto 9.
- 2504 *puris* “pus” used as a metaphor of malice. *stomachi* Otto 1697 (stomachus). Here used by Erasmus in the sense of “irritation, anger.” Cf. *Adag.* 2894 (Tacite stomachari), *ASD* II, 6, p. 548.
- 2509 *epistola ... sexto* 2 *Cor.* 6, 7. Lefèvre had translated διὰ τῶν ὀπλῶν τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν, “per arma iustitiae secundorum et aduersorum”; see his *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1512, f<sup>o</sup> 27<sup>o</sup>. In his *examinatio* he wrote, *ibid.* f<sup>o</sup> 142<sup>o</sup>: “Vulgata aeditio: ‘per arma iustitiae a dextris et a sinistris’. Sic ex Paulo ‘per arma iustitiae dextrorum et sinistrorum’, verum quia perinde est ac ‘secundorum et aduersorum’ et haec forte clariora, loco ‘dextrorum et sinistrorum’, maluimus dicere ‘secundorum et aduersorum’”.
- 2510 *voces istas* I.e., δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν.
- 2511 *nec admonitus mutasti* Indeed, Lefèvre did not alter his translation of 2 *Cor.* 6, 7 in his second edition, *S. Pauli epistolae XIV* (Paris, 1516/7, f<sup>o</sup> 27<sup>o</sup>), either in the translation proper or in his *examinatio* (*ibid.*, f<sup>o</sup> 136<sup>o</sup>). Nor did he correct his mistake in his third edition, either in his translation or in his *examinatio*; see *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1517, f<sup>o</sup> 21<sup>o</sup>, and f<sup>o</sup> 112<sup>o</sup> respectively.
- admonitus* Erasmus *Nov. Instr.*, at 2 *Cor.* 6, 7, p. 491: “a dextris et a sinistris: Faber Stapulensis hoc loco mutat pro ‘dextris ac sinistris’, ‘secundorum et aduersorum’. Quod, quid sibi velit prorsus non intelligo ...”
- eiusdem ... decimo* 2 *Cor.* 10, 16: εἰς τὰ ὑπερέκεινα ὑμῶν εὐαγγελίσεσθαι (Authorized Version: “to preach the gospel in the regions beyond you”).

ridicule ex vno aduerbio, siue mauis praepositione, ὑπερέκεινα duas voces feceris, ὑπέρ ἐκεῖνα – neque enim aliter dicitur ὑπερέκεινα quam ἐπέκεινα, quod ἐπί saepe polleat idem quod ὑπέρ – verterisque *quae supra illa vestra sunt*. Non mutas  
 2515 versionem, tantum in examinatione quod ante magis arridebat, *quae ultra illa vestra sunt*, vertis in *quae ultra vos sunt* et Graece loquendi regulam de ὑπέρ, quoniam aliquis, opinor, admonuit palam esse falsam, cum ὑπέρ κεφαλῆς Graeci dicant pro ὑπεράνω τῆς κεφαλῆς, omisisti in proxima aeditione. Quod omisisti laudo, quod unguibus ac dentibus alterum illud retines, quum plane ridiculum sit omnibus qui Graece sciunt, non laudo.

Atque item in epistolae ad Ephesios capitulo quinto, quum vnus omnium et Graecorum et Latinorum *ex luxuria facis insalubritatem*, nonne ex Apostolo medicum facis? Ac ne id quidem admonitus mutandum putasti. At finge ἄσωτιαν dici a σῶος, etiam si iuxta etymologicos a σέσωται dicitur, non continuo significabit ἄσωτος ‘insalubrem’ sed ‘perditum’; et perditum luxu dicuntur etiam Terentio. Tu videris ‘luxuriosum’ pro ‘libidinoso’ siue ‘effoeminato’ accipere. Deinde versus ad iocos certamen vocabuli relinquis grammaticis, quasi cum haec excutis non sumas tibi partes grammatici, et addis bellam facetiam, grammaticos diligentius exquirere vocabulorum origines quam philosophi caput Nili, opinor, vt  
 2530 eximas te a grammaticorum numero et in philosophorum ordinem asseras. An grammatici te in suum recipiant gregem, nescio et an philosophi de Nili capite torqueant sese, tu videris. Vnum hoc scio magis ad rem pertinere, an Paulus hic intellexerit ‘luxum’ ‘frugalitati’ et ‘sobrietati’ contrarium, an insalubritatem medicorum curam, quam vnde Nilus caput suum proferat.

Rursum in epistola ad Titum ἐν κηρύγματι ὃ ἐπιστεύθη ἐγώ quod tu vertis: *cui creditus* siue *commissus sum ego*, non solum monitus non corrigis tam pudendum errorem, verum etiam conduplicas in posteriore aeditione, testans te reliquisse veterem translationem et addens idem pollere ‘quae credita est mihi’ et ‘cui creditus sum ego’. Hic appello, mi Faber, conscientiam tuam, quum ista scriberes, non cogitabas quo risu lecturi essent eruditi? An idem pollet Graecis ὃ ἐπιστεύθη et ᾧ ἐπιστεύθη? Atqui ipse legis ὃ ἐπιστεύθη? Quanquam etiam si quis legat ᾧ ἐπιστεύθη, ostenderam tamen eundem esse sensum sed Graecis duntaxat. Aut nihil refert Latinis vtrum dicas ‘commissus est mihi Petrus’ an  
 2540

2518 dicant *A B E BAS*: dicunt *C D*.

2525 etiam *B–BAS*: et *A*.

2525–2526 Terentio *A C–BAS*: a Terentio *B*.

2534 medicorum curam *B–BAS*: *deest in A*.

2541 Atqui *D–BAS*: Atque *A–C*.

2541–2542 etiam ... legat *BAS*: si legatur *A–E*.

2542–2543 eundem ... duntaxat *BAS*: Graecis sensum hic eundem esse *A–E*.

2512–2513 *duas* ... ἐκεῖνα Lefèvre’s annotation of 1512 runs as follows: “Vulgata aeditio: ‘etiam in illa quae ultra vos sunt euangelizare’. Abundat ‘etiam’ et potius dicendum: ‘supra illa quae vestra sunt’ quam ‘quae ultra vos sunt’ ... Praepositio enim ὑπέρ cum ‘supra’ significat accusatiuo iungitur, non genitiuo.”

Iac. Faber Stapulensis, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1512, f<sup>o</sup> 146v<sup>o</sup>.

2514 *verterisque ... sunt* I.e., in: Iac. Faber Stapulensis, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1512, f<sup>o</sup> 29v<sup>o</sup>.

2514–2515 *Non mutas versionem* Lefèvre changed his translation neither in his second



- edition, Iac. Faber Stapulensis, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1516/7, f° 29r°, nor in his third edition, *S. Pauli epistolae XIV*, Paris, 1517, f° 24r°.
- 45 *illic* *Ex.* 22, 28.
- 46–47 *offerat ... ostium* *Ex.* 21, 6.
- 47 *Hebraei* E.g., Abraham ibn Ezra (1089–1164), ed. A. Weiser, *Perushe ha-Tora le rabbenu Abraham ibn Ezra*, Jerusalem, 1976, vol. 2: Shemot; and Gersonides (R. Levi ben Gershon, 1288–1344), *Commentarius in Pentateuchum*, Venice, 1547, f° 81b.
- 47–48 *Chaldaica interpretatio* Both the Babylonian Targum (i.e., Onkelos, editio princeps Bologna 1482) and the Palestinian Targum (version, the Ps.-Jonathan as well as version, the Neofiti 1, the latter still unknown in the 16th century) on the Pentateuch interpret *elohim* in *Ex.* 21, 6 as “judges”, see J. Drusius, in J. Pearson *et alii*, edd., *Critici Sacri*, Amsterdam, 1698, I, col. 468, on *Ex.* 21, 6, and R. le Déaut, *Targum du Pentateuque*, t. II, Paris, 1979 (SC 256), p. 173, where Ps.-Jonathan on *Ex.* 21, 6 is translated as follows: “son maître le conduira devant les juges ...”
- 49 *Capnion* Johann Reuchlin of Pforzheim, Baden (1454/5–1522). In 1506 he published an Hebrew grammar with a dictionary, *De rudimentis Hebraicis*, Pforzheim, 1506; see H. Scheible in: *Contemporaries*, III, pp. 145–150. The note referred to can be found in *De rudimentis Hebraicis*, p. 55.
- 54–55 *hunc ... interpretatur* Hier. *Comm. in Ps.*, CCSL LXXII, ed. P. Antin, Turnhout, 1959, p. 191.
- 58–59 *Hieronymus ... inueniantur* *Comm. in Is.*, lib. III, CCSL LXXIII, ed. M. Adriaen, Turnhout, 1963, p. 92, ll. 47–49.

APPENDIX IV  
DISPVLTATIO IACOBI FABRI ADVERSVS  
SVPERIOREM ANNOTATIONEM  
DESIDERII ERASMI ROTERODAMI  
EX EIVSDEM FABRI COMMENTARIIS  
IN SECVNDVM CAPVT EPISTOLAE AD HEBRAEOS  
(after November 1516 and before July 1517)

Vulgata aeditio: *minuisti eum paulominus ab angelis*. Sic habet interpres Pauli. Verum id ex Septuaginta desumpsit et non interpretatus est quod dicebat Paulus. Nam certum est Paulum hanc epistolam Hebraice scripsisse et in forma verbum hymnologiae Daudicae adduxisse vbi *Deus* habetur, vt in expositione Pentapli  
10 Psalterii super octauum psalmum, quantum Deus concessit, monstrauius. Ergo quod dicitur *ab angelis* interpretis est, non Pauli, sed Pauli *a Deo*. Quare sententiam Pauli seruantes *a Deo* diximus.

Adde quod et pugnare videtur quod *omnia* subiecerit *sub pedibus eius* et quod *nichil* dimiserit Deus *non ei subiectum* et minor sit angelis. Et tota Pauli ex inter-  
15 pretatione *ab angelis* subruitur ratiocinatio. Non igitur recte videtur interpretatus. Dirigendus igitur hic interpres, etsi aeditio LXX interpretum causam ei erroris praeberit excusabilem.

Interpres Pauli ἡλάττωσας αὐτὸν βραχὺ τι παρ' ἀγγέλους, vbi potius vertendum fuerat παρὰ τὸν θεόν.

Verum hanc sententiam nostram hoc in loco non acceptat amicus noster Eras-  
20 mus. Neque beati Hieronymi sexti versus octauī psalmi, quem sic interpretatur: *minues eum paulominus a Deo, gloria et decore coronabis eum*, approbat interpretationem. Sed tralatio Septuaginta, quae sic habet: *minuisti eum paulominus ab angelis*, magis ei placet et rectius hic haberi *ab angelis* quam illic *a Deo*. Quan-  
25 quam in annotationibus illius psalmi plurimas rationes adduximus quas credidimus posse sufficientem eius rei facere fidem, nichilominus nulla maleuolentia sed sola tutandae veritatis gratia sententiam fouentes.

Dominum nostrum, ob cuius honorem hoc defensionis munus suscipimus, supplices orabimus quo sic dicendis aspiret vt noster sermo sine offensione cur-  
30 sit ad pietatis aedificationem.



Scripta eius in annotationibus huius loci interdum subiiciemus quo facilius legentes et eius mentem et meae assertionis et Hieronymianae interpretationis, immo propheticae intelligentiae defensionem intelligant. Quod si negotii arduitas nos cogat esse prolixiores non satis annotationis habita ratione, boni consulant lectores id necessitati tribuentes.

Primum igitur dicit me admonuisse apud Hebraeos haberi: *minuisti eum paulominus a Deo*. Id ego ingenue fateor. Deinde subdit: *atque ita prorsus indicauit Hieronymus psalmo octauo pro angelis, qui illis vocantur Malachim, haberi Elohim*. Apertius Hieronymus, cuius verba sunt haec: *in Hebraeo pro eo quod est ab angelis, qui dicuntur Malachim, Deum habet, hoc est Elohim*. Et id tribuimus amico et sic habet veritas.

Mox subnectit: *Thomas refert hunc locum ad humanitatem Christi qui minor angelis factus sit, non iuxta animum sed iuxta corpus assumptum per quod mortalis et doloribus obnoxius erat*. At Faber hoc loco dissentiens a Thoma multis argumentis contendit a Deo legendum esse.

## SIGLA

1512 first edition, Paris, H. Estienne, 1512.

1516/7 second edition, Paris, H. Estienne, 1516/7.

1517 third edition, Paris, F. Regnault and J. de la Porte, 1517.

1531P fourth edition, Paris, F. Regnault, 1531.

1531C fifth edition, Cologne, Eucharius Cervicornus, 1531.

9 Daudicae 1516/7 1517 1531P 1531C: Dauticae 1512

15 ab angelis 1516/7 1517 1531P 1531C: deest in 1512.

15–16 videtur interpretatus 1516/7 1517 1531P 1531C: interpretatur 1512.

16 ei 1516/7 1517 1531P 1531C: deest in 1512.

19–585 Verum ... Amen 1516/7 1517 1531P 1531C: deest in 1512.

This *disputatio* was published for the first time in the second edition of Lefèvre's translation, paraphrase and annotations of the Pauline epistles, Paris, Henry Estienne, after November 1516 and before July 1517, fo. 225v<sup>o</sup>–229v<sup>o</sup>. The title and the final sentence of this appendix are taken from *BAS*, in which this exposition was taken over; see vol. IX, f<sup>o</sup> 59–68. It was also reprinted in *LB IX*, 67–80.

In 1517, F. Regnault and J. de la Porte (Paris) published the third edition of Lefèvre's work on Paul. It contains the long addition directed against Erasmus in practically the same form as the edition of 1516/7 has.

In 1531 two new editions of the book were published, one in Paris, by F. Regnault, and the other in Cologne, by Eucharius Cervicornus. Both are only based on the third edition (1517). Readings in which the third (1517) and later editions (1531) differ from the second edition (reproduced in this appendix) are recorded in the *apparatus criticus*.

6–18 *Vulgata ... θεός* This passage is almost identical with Lefèvre's annotation of *Hebr.* 2, 7 of 1512, given in appendix II.

6 *minuisti ... angelis Hebr.* 2, 7, *Ps.* 8, 6. *Ps.* 8, 6 *iuxta Hebr.* reads "minues eum paulominus a Deo".

7 *Verum ... desumpsit* See Introduction pp. 25–26.

8 *in forma* "correctly".

13 *omnia ... eius Hebr.* 2, 8. The Vulgate reads: "omnia subiecisti sub pedibus eius".

14 *nihil ... subiectum Hebr.* 2, 8. The Vulgate reads: "nihil dimisit non subiectum ei".

16–17 *aeditio ... excusabilem* See *Apolog. ad Fabr. Stap.*, n. II. 14–15.

20 *interpretatur* I.e., Jerome.

21 *approbat* I.e., Erasmus.

36 *dicit* See appendix III, ll. 7–8.

37–38 *atque ... Elohim Ibid.*, ll. 8–10.

39–40 *in ... Elohim Hier., Comm. in Ps., CCSL* 72, ed. P. Antin, Turnhout 1959, p. 191.

42 *Thomas refert S. Thomae Aquinatis ... Super Epistolas S. Pauli Lectura*, vol. 2, ed. P. Raphael Cai, Turin and Rome, 1953, pp. 361–362. See Erasmus, *Apolog. ad Fabr. Stap.*, n. I. 370.

42–44 *Thomas ... erat* See appendix III, ll. 10–12.

44–45 *Faber ... esse Ibid.*, ll. 19–20.

Neque id inficias eo me contempsisse multis argumentis a Deo legendum esse et probe mea sententia. Et quid Thomas sentiret neque me contempsisse neque tunc consuluisse, sed quid sentire viderentur eloquia. Neque ego in placita Thomae iuravi neque Erasmus ipse, vt qui toties eum coarguat, imo et eo in loco quem hic citat, qua ratione Thomae videretur Christus animo impassibilis nullisque doloribus obnoxius fuisse, quod nequaquam putat Erasmus neque equidem puto. Nam illi assertioni id aduersatur: *tristis est anima mea usque ad mortem*. Immo et id falsum arbitror angelos nullis malis attingi posse, quia iuxta eloquium *et in angelis suis reperit prauitatem* et illi dant aut daturi sunt poenas, vt et clamant in Matthaeo: *quid tibi et nobis Ihesu Fili Dei, venisti huc ante tempus torquere nos?* Et Petrus: *angeli fortitudine et virtute cum sint maiores, non portant aduersum se execrabile iudicium*.

Sed et angeli aeterna Dei visione beati si auersi fuissent, poterant enim, et ipsi obnoxii poenarum acerbitati fuissent, et maiorum quidem quam sint mortalium animae capaces. Et hanc contra se durissimam tulissent sententiam: *discedite a me maledicti in ignem aeternum qui paratus est diabolo et angelis eius*.

Hac igitur ratione passibilitatis parum colligitur Christum minorem factum angelis et maxime quo ad passiones corporis, de quibus ait Thomam dumtaxat locutum, cum poenae corporis tantae esse possint quantae eae quae sunt animae, quare neque tantae, quantarum angeli sunt capaces.

Quod igitur piaculum contraxissem si dissensissem a Thoma, nisi telis valentioribus vso? Quanquam et ipse non dissensi vt quem nunquam hac in re legissem, sed in eius sententiam non incidi. Neque Thomam arguo. Nam ex suppositione commentabatur legendum esse *minuisti eum paulominus ab angelis*, sicque putabat Hebraice haberi. Verum illi qui Hebraice norunt, etsi alioqui Thomae addicti, non solum ratione doctrinae sed et habitus et vitae professione, ab eo hoc in loco dissentiant et Hieronymo et deinde nobis accedunt. Quod manifestissime is intelliget cui curae fuerit illam Psalterii nobilem octaplum legere, quam insignis vir multarum linguarum vtpote Latinae, Graecae, Hebraicae, Caldaicae et Arabicae gnarus, Augustinus Iustinianus, episcopus Nebiensis ordinis praedicatorii, hac nostra tempestate aedidit.

Subsequenter adiicit Erasmus: *verum siue legas a Deo siue ab angelis, idem manet scrupus*. Sed quomodo? Si certe constet et definitum sit legendum esse a Deo, nullus amplius relinquatur scrupus, nequaquam legendum esse ab angelis. Nam si parum minutus est a Deo, angeli autem multum, sicut scriptum est: *quis enim in nubibus aequabitur Domino?* aut *quis similis erit Deo in filiis Dei?*, recte fit vt is qui parum minutus est a Deo, non minutus sit ab angelis neque quidem parum neque multum, immo multo maior, quandoquidem angeli multo minores sunt Deo. Quod et de Christo veteres Hebraei super id Esaiiae, *ecce intelliget seruus meus, exaltabitur et eleuabitur et sublimis erit valde*, fatentur exponentes id de Messiah, id est de Christo Domino, hoc pacto: *ecce prosperabitur seruus meus Messiah, exaltabitur plusquam Abraham et eleuabitur plusquam Moses et sublimis erit valde plusquam angeli superiores*. Dilucidum igitur est non idem esse, si legatur *paulominus a Deo* aut *ab angelis*.

90 Sed attendamus qua ratione dicat eundem manere scrupum. *Videtur*, inquit, *idem manere scrupus*. Etenim si de assumpto homine intelligas, quemadmodum necesse est, non paululum fuit imminutus a Deo, immo infra abiectissimos etiam homines, quemadmodum ipse de se testatur in psalmis: ego autem sum vermis et non homo, opprobrium hominum et abiectio plebis.

95 Id primum quod dicitur, *etenim si de assumpto homine intelligas, quemadmodum necesse est*, refutamus. Nam neque de assumpto homine intelligimus neque intelligi necesse est, sed intelligimus de Christo Domino qui est Filius Dei, quemadmodum sacer Paulus statim in principio dicit: *multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in Filio*.

100 Et de eius imminutione alio loco ait: *exinaniuit semetipsum formam serui accipiens et habitu inuentus ut homo*, quemadmodum et ipsemet Dominus ait, apud Ioannem, Nicodemo hoc pacto de seipso loquens: *nemo ascendit in coelum nisi qui descendit de coelo, Filius hominis, qui est in coelo*.

105 Ergo cum dicitur: *quid est homo quod memor es eius aut Filius hominis quoniam visitas eum*. *Minuisti eum paulominus a Deo*, absurdum esset *Filium hominis* aliter accipi quam sacra continent eloquia et relatiuum *eum* illic *Filium hominis* bis referentem, non accipi pro hypostasi sed pro natura vna hypostaseos, pro homine, inquam, assumpto, quem beatissimus Paulus *formam serui* appellat.

110 At quis vnquam Christum et Christi nomen pro natura vna accepit? Etsi eorum quae de ipso enunciantur, quaedam ei ratione vnus naturae competant et

50 qua 1516/7 1517 1531P: quod 1531C.

64 possint 1516/7: non possint 1517 1531P 1531C.

III enunciantur 1516/7 1517 1531C: enunciat 1531P.

46 *inficias eo* "I deny".

52–53 *tristis ... mortem* Mt. 26, 38; Mc. 14, 34.

53 *angelos ... posse* Aquinas, *loc. cit.* (see the present appendix, n. 1. 42).

54 *et ... prauitatem* Iob 4, 18.

55–56 *quid ... nos* Mt. 8, 29. The Vulgate reads: "quid nobis et tibi ..."

56–57 *angeli ... iudicium* 2 Petr. 2, 11.

60–61 *discedite ... eius* Mt. 25, 41.

66 *si ... Thoma* See the present appendix, ll. 42–45 and nn.

73 *illam* I.e., editionem.

75 *Augustinus Iustinianus* Agostino Giustiniani of Genoa (c. 1470–1536) published his *Psalterium octuplex: Psalterium Hebraeum, Graecum, Arabicum et Chaldaicum cum tribus Latinis interpretationibus et glossis* in November 1516 (cf. R.G. Hobbs in: *Contemporaries*, II, pp. 102–103 and Allen, Ep. 810, n. 1. 356). On f° B ii Agostino Giustiniani quotes Lefèvre's annotation on Ps. 8, 6 with approval.

77–78 *verum ... scrupus* Cf. appendix III, ll. 21–22. Erasmus writes: ... *videtur idem manere scrupus*. Some lines further down, in

the present appendix ll. 90–91, Lefèvre quotes this passage of Erasmus correctly.

80–81 *quis ... Dei* Ps. 88, 7.

84–85 *ecce ... valde* Is. 52, 13.

86–88 *ecce ... superiores* Midrash Tanchuma, Toledot 14, edition, translation and commentary by Ets Josef and Anaf Josef, Wilna and Grodno, 1831, reprint Jerusalem 1974, f° 37b.

90–94 *Videtur ... plebis* See appendix III, ll. 21–26.

93–94 *ego ... plebis* Ps. 21, 7.

98–100 *multifariam ... Filio* Hebr. 1, 1–2.

101–102 *exinaniuit ... homo* Phil. 2, 7. The Vulgate reads: "semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu inuentus ut homo".

103–104 *nemo ... coelo* Iob. 3, 13.

105–106 *quid ... Deo* Ps. 8, 5–6.

106 *Minuisti ... Deo* Cf. the present appendix, n. 1. 6.

107 *relatiuum* The pronoun (*eum*).

109 *formam serui* Phil. 2, 7, see the present appendix, n. ll. 101–102.

quaedam alterius ratione. Vt id apud Ioannem: *ego et Pater unum sumus*, ratione diuinae. Id vero apud Marcum: *oportet Filium hominis pati multa et reprobari a senioribus et summis sacerdotibus et scribis et occidi et post tres dies resurgere*, ratione humanae.

Si igitur in illo Psalmorum loco *Filium hominis* et id quod ipsum refert, intelligeremus de homine assumpto et non de hypostasi contra consuetudinem diuinarum scripturarum et intelligentiam Spiritus, irrationabiliter faceremus, quod nequaquam est admittendum.

Caeterum quod subnectitur: *non paululum fuit imminutus a Deo, immo infra abiectissimos etiam homines*, non versatur quaestio vtrum forma serui in Christo, siue homo assumptus, parum vel multum sit imminutus a Deo, sed an Filius hominis, siue, quod est apud Paulum, Christus Ihesus, qui *exinaniuit semetipsum formam serui accipiens*, imminutus sit a Deo et id etiam quippiam parum. At quid Filius hominis, quid Christus Ihesus nisi Dei Filius, Deo coequalis atque consubstantialis, *qui*, vt inquit Apostolus, *cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo?*

Quis igitur non dicet eum paululum imminutum fuisse a Deo ob *formam serui* acceptam in qua *humiliauit semetipsum* semper manens quod erat, vere Deus semper existens et insuper vere homo, quod non erat. Quomodo igitur stabit quod in contrarium adductum est, *non paululum imminutum fuisse a Deo, immo infra abiectissimos etiam homines?* Nequaquam sane id fieri potest. Verum et hunc sermonem, Christum scilicet *non paululum imminutum fuisse a Deo, immo infra abiectissimos etiam homines*, animose refutabimus tanquam impium et Christo Deoque indignissimum, tanquam Spiritui aduersantem et literae quae occidit adhaerentem.

Caeterum id prorsus prophetae aduersatur quomodocumque ipsum interpretemur siue hoc modo, *minuisti eum paulominus a Deo*, siue isto, *minuisti eum paulominus ab angelis*, quem posteriorem interpretandi modum approbare videtur Erasmus. Nam ingenue colligitur: Filius hominis imminutus est *infra abiectissimos etiam homines* et abiectissimi homines imminuti sunt multum ab angelis, igitur et Filius hominis multo fortius imminutus est *ab angelis*. Si multum, non igitur parum, sunt enim haec pugnancia, quod nichilominus iuxta aduersantis sententiam intendit propheta. Nam iuxta Septuaginta aeditionem ait: *minuisti eum paulominus ab angelis*, quam etiam approbat interpretationem. Et si multum imminutus *ab angelis*, tanto fortius multum *a Deo*. Subruetur igitur propheta quomodocumque siue *a Deo* siue *ab angelis* interpretemur. Quare hic sermo seipsum elidit et falsum esse omni ex parte manifestat.

Et non minus eadem ratione propriae assertioni aduersatur, id quod subnectit hoc modo: *ne ab angelis quidem paululum fuit diminutus qui usque ad famem ac sitim, usque ad flagra, ad crucem, usque ad mortem denique descenderit*. Si non *ab angelis paululum quidem fuit diminutus*, quomodo approbatur in propheta legendum esse: *minuisti eum paulominus ab angelis?* Pugnante paulominus et non paululum, paululum et non paululum?

155 Verum id libens tribuerim, Filium hominis de quo loquitur propheta, qui  
*vsque ad famem ac sitim, vsque ad flagra, ad crucem, vsque ad mortem denique*  
 voluntarie pro omnium salute descendit, non paululum fuisse diminutum ab  
 angelis, quandoquidem ab angelis nullo pacto diminutus fuit, sed vt propheta ait  
 et cum propheta verus huius loci interpret Hieronymus: imminutus fuit et id  
 160 quidem parum a Deo.

Sed id, inquit, de seipso testatur in Psalmis cum ait: *ego sum vermis et non*  
*homo, opprobrium hominum et abiectio plebis*. Nequaquam id vult quod hic obi-  
 citur, quod nec etiam ipsi Iudaei de puro homine psalmum intelligentes tribue-  
 runt, qui id exponunt, *ego sum vermis et non homo, opprobrium hominum et abiectio*  
 165 *plebis* aestimatione hominum dictum, vt totum psalmum, vbi derelictionem,  
 deiectionem et confusionem Christi sonare videtur, secundum aestimationem et  
 iudicium sacerdotum, scribarum et pharisaeorum intelligamus.

Et cum Christus in cruce clamat: *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti*  
*me*, id aestimatione scribarum et pharisaeorum dictum est, quemadmodum scrip-  
 170 tum est: *quia dixerunt inimici mei michi, et qui custodiebant animam meam, consi-*  
*lium fecerunt in unum dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini et compraehen-*  
*dite eum, quia non est qui eripiat*. Ecce aestimatione eorum derelictus erat a Deo.  
 Sed se reuera non fuisse derelictum aperit in eodem psalmo, dicens: *timeat eum*  
*omne semen Israel, quoniam non spreuit neque despexit deprecationem pauperis. Nec*  
 175 *auertit faciem suam a me et cum clamarem ad eum, exaudiuit me*. Rursum cum in  
 eodem psalmo ante dicebat: *in te sperauerunt patres nostri, sperauerunt et liberasti*  
*eos. Ad te clamauerunt et salui facti sunt, in te sperauerunt et non sunt confusi*. Si ex  
 hoc intelligunt eum se dicere confusum, id etiam iudicio et aestimationi homi-  
 num tribuendum est. Quod ex Esaia cognoscitur in eius persona dicente: *corpus*  
 180 *meum dedi percipientibus et genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab*

127 esse se 1516/7 1517 1531C: esse 1531P.

112 *ego ... sumus* Iob. 10, 30.

113–114 *oportet ... resurgere* Mc. 8, 31.

116 *illo Psalmorum loco* Ps. 8, 5–6.

120–121 *non ... homines* See appendix III,  
 ll. 23–24.

123–124 *exinaniuit ... accipiens* Phil. 2, 7, see  
 the present appendix, n. ll. 101–102.

126–127 *qui ... Deo* Phil. 2, 6.

129 *humiliauit semetipsum* Phil. 2, 8.

131–132 *non ... homines* Cf. the present appen-  
 dix, ll. 120–121 and n.

135 *litterae ... occidit* Cf. 2 Cor. 3, 6.

137 *prophetae* I.e., David.

138–139 *minuisti ... angelis* Cf. the present  
 appendix, n. l. 6.

143 *quod* I.e., *parum*.  
*aduersantis* I.e., of Christ.

144 *ait* The subject of *ait* is Erasmus.

150–151 *ne ... descenderit* See appendix III,  
 ll. 26–28.

161–162 *ego ... plebis* Ps. 21, 7. The Vulgate  
 reads: “*ego autem sum ...*”.

163 *Iudaei* E.g., D. Kimchi, see *The Longer*  
*Commentary of R. David Kimchi on the*  
*First Book of Psalms*, edd. R.G. Finch and  
 G.H. Box, London, 1919, pp. 97–99.

168–169 *Deus ... me* Mt. 27, 46; Mc. 15,  
 34.

170–172 *quia ... eripiat* Ps. 70, 10–11.

173 *eodem psalmo* This is not correct, see the  
 following note.

173–175 *timeat ... exaudiuit me* Ps. 21, 25.

176–177 *in ... confusi* Ps. 21, 5–6.

179–182 *corpus ... confusus* Is. 50, 6–7.

*increpantibus et conspuentibus in me. Dominus Deus meus, auxiliator meus et ideo non sum confusus.*

Quis igitur non videt id quod versus illos 21 psalmi continuo sequitur: *ego sum vermiformis et non homo, opprobrium hominum et abiectio plebis*, aestimatione illorum perfidorum Iudaeorum dictum fuisse, de quibus continenter subiungit: *omnes videntes me locuti sunt labiis et mouerunt caput, sperauit in Domino, eripiat eum quoniam vult eum*. Et non omnino vniuersaliter hoc intelligitur, sed vniuersaliter de illis, Christo Deoque odibilibus Iudaeis, tam perfidis scribis quam pharisaeis eorumque complicitibus qui aderant. Nam et virgo Maria aderat, dilectus discipulus, Magdalena et mulieres Ihesum secutae quae multa compassione et Deo et angelis grata pietate flebant super eum. Virginis autem cor gladio passionis eius confossum est et anima eius transuerberata.

Manifestum est igitur ratione infidorum illorum qui Christi crucifixo fuerunt, illa fuisse dicta. Et quomodo conuenit eum qui est *primogenitus omnis creaturae* et supra omnem creaturam dici *vermem* et eum dici *non hominem*, de quo dicit Apostolus: *vnus enim Deus et vnus mediator Dei et hominum, homo Christus Ihesus*? Qui sic homo est quod omnium hominum maxime vere homo et perfectione humana supra omnem hominem et insuper hominum veritas.

Neque Christus sua sententia in euangelio loquens se dicit *vermem et non hominem*, sed inquit: *Niniuitae surgent in iudicio cum generatione ista et condemnabunt eam, quia poenitentiam egerunt in praedicatione Ioniae et ecce plusquam Iona hic. Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista et condemnabit eam, quia venit a finibus terrae audire sapientiam Salomonis et ecce plusquam Salomon hic*. Et apud Ioannem: *ego sum lux mundi*.

Et procedens ad passionem mulieribus flentibus super eum comparabat se *ligno viridi*, Iudaeos autem et filios eorum *ligno arido*, dicens: *filiae Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete et super filios vestros*. Et subdit: *quia si in viridi ligno haec faciunt, in arido quid fiet*? Et iterum apud Ioannem: *nunc autem quaeritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum*. Hic ex sententia et in veritate se dicit hominem.

Aestimatio igitur erat humana et caecorum Iudaeorum quod dicitur: *ego sum vermiformis et non homo*, qui eum non plures aestimabant quam *vermem*, non plures quam *non hominem*, cum esset *plusquam Iona, plusquam Salomon, lux mundi*, etiam angelis superior et homo caeteris etiam hominibus simul et verior et melior.

At esto, quispiam contendat haec verba, *ego sum vermiformis et non homo*, de saluatore dici et commiserationem erga Patrem praetendere. Haec certe commiseratio erga Patrem potius pro genere humano efflagitaretur ab eo quam pro seipso, qui haec volens pro omnibus redimendis patiebatur. *Oblatus est enim*, vt ait propheta, *quia ipse voluit*. Et nomenclaturae hae, *vermis et non homo*, magis humano generi quam Christo competunt, nisi hae sumantur iuxta Dionysium Areopagitam secundum diuinam quandam anagogen et transcendentem intelligentiam in qua nichil infimum, nichil humile cogitari potest. Et quod nuncupatio *vermis*

225 magis humanum genus deceat, dilucidum est. Nam et terrenum est et e limo ter-  
rae, de quo et vermes, plasmatum et rediens in terram depastio vermium. At  
Christus non terrenus. *Primus*, inquit eloquium, *Adam de terra terrenus et secun-*  
*230 dus de coelo coelestis*. Sed nec rediit in terrae corruptionem et in vermium depas-  
tionem, sicut scriptum erat: *nec dabis sanctum tuum videre corruptionem*.

Et quod *non homo* magis etiam humano generi accommodabile sit, non ab re  
videtur. Nam quid est homo nisi in carne creatura *ad imaginem et similitudinem*  
*230 Dei* efformata. *Faciamus*, inquit, *hominem ad imaginem et similitudinem nostram*.  
Modo vniuersi, saltem quos praeuia benedictio non protexit, imaginem Dei et  
similitudinem in se corruperunt. Quare iam quodammodo non homines, com-  
parati iumentis insipientibus et illis iam facti similes et ideo Deo dissimiles. Ergo  
*235 si Christus haec ad commiserationem dicebat, potiore iure pro suo futuro corpore*  
*quam pro seipso, qui corporis sui caput est, dicebat*.

Et quod nulla proportio sit humanae naturae ad Deum, id non efficit quod  
inde dicatur *vermis* aut *non homo*. Nam ea ratione et cherubim et seraphim  
vermes dicantur, cum ipsorum ad Deum nulla sit proportio. Et licet id verum sit  
*240 quod humanae naturae ad Deum nulla sit proportio, Filii tamen hominis de quo*  
*hic agitur sermo, est proportio, nam identitatis et aequalitatis. Ego, inquit, et*

193 est igitur 1516/7 1517 1531P: igitur est 1531C;  
Christi 1516/7 1517 1531P: Christo 1531C.

206 Hierusalem 1516/7 1517 1531P: Ierusalem  
1531C.

183–184 *ego ... plebis Ps. 21, 7*. The Vulgate  
reads: “ego autem sum ...”.

185–187 *omnes ... eum Ps. 21, 8–9*, The Vul-  
gate reads: “omnes videntes me deriserunt  
me, locuti sunt libiis et mouerunt caput,  
sperauit in Domino, eripiat eum, saluum  
faciat eum quoniam vult eum”.

187 *hoc* See the present appendix, ll. 185–187  
*omnes ... eum*.

189–190 *Nam ... secutae Ioh. 19, 25–26, Mt.*  
*27, 55–56*.

191–192 *gladio ... transuerberata Cf. Lc. 2, 35*.

194–195 *primogenitus omnis creaturae Col. 1,*  
*15*.

196–197 *vnus ... Ihesus 1 Tim. 2, 5*.

196 *et vnus mediator* The Vulgate reads: “vnus  
et mediator”.

199–200 *vermem ... hominem Ps. 21, 7*.

200–203 *Nineuitae ... hic Mt. 12, 41–42*.

204 *ego ... mundi Ioh. 8, 12*.

206 *ligno viridi Lc. 23, 31*.

*ligno arido* See *ibid*.

206–207 *filiae ... vestros Lc. 23, 28*.

207–208 *quia ... fiet Lc. 23, 31*.

208–209 *nunc ... sum Ioh. 8, 40*.

211–212 *ego ... homo Ps. 21, 7*, see the present  
appendix, n. ll. 183–184.

213 *plusquam Iona ... mundi Cf. ll. 199–204*  
and nn.

219–220 *Oblatus ... voluit Is. 53, 7*.

221–222 *Dionysium Areopagitam* According to  
Lefevre, the works ascribed to him were by  
the first-century disciple of Paul, see *Act. 17,*  
*34*. In reality, the works ascribed to Diony-  
sius the Areopagite are fourth- or fifth-cen-  
tury forgeries. For the theology of Dionysius  
the Areopagite, see Gerard O’Daly, *TRE 8,*  
pp. 774–776.

222 *anagogen* A mystical mode of interpretation.

226–227 *Primus ... coelestis 1 Cor. 15, 47*. The  
Vulgate reads: “primus homo de terra ter-  
renus, secundus homo de coelo coelestis”.

228 *nec ... corruptionem Ps. 15, 10*.

230 *ad ... similitudinem Gen. 1, 26*. Cf. *Gen.*  
*1, 27*.

231 *Faciamus ... nostram Gen. 1, 26*.

237 *nulla ... Deum* See appendix III, l. 26.  
Erasmus used this as an argument for the  
immensity of the distance between God and  
the earthly Jesus.

238 *cherubim et seraphim* Types of angels; see  
e.g., *Hebr. 9, 5; Is. 6, 2*. They are frequently  
mentioned together in liturgical texts.

241–242 *Ego ... sumus Ioh. 10, 30*.

*Pater unum sumus. Et alibi Apostolus: qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inuentus ut homo.*

245 Sed nunc id videamus: vtrum quod *vsque ad famem ac sitim, vsque ad flagra, ad crucem, vsque ad mortem denique descenderit*, sic in se Dominus deiectus et diminutus fuerit. Et si tum propter haec, tum propter alia impropria multa non negem Christum Dominum multum abiectum et diminutum Iudaeorum opinionione et aduersarii sermone cui, mea sententia, non pertinaciter haeret, non  
250 tamen ita res in se habebat. Verum vt ipse opera faciens quae omnes videntes conuertebant in stuporem, non ideo erat maior, sic nec omnia illa patiens ideo erat minor, sed et forte dicendus maior. *Oportet, inquit, exaltari Filium hominis. Et si exaltatus fuero, omnia traham mecum.* Ecce suam passionem vocat exaltationem, non deiectionem, nec in malam notam humiliationem. Sed cum haec pate-  
255 retur, nunquid minus erat rex angelorum ac hominum? Quemadmodum Pilato dicenti: *ergo rex es tu*, ipse respondere dignatus est: *tu dicis, quia rex sum ego.* Verum haec omnia pro nobis miseris iuxta oracula pati debebat, et videri admirandus super omnes et videri abiectus et humiliatus, quemadmodum in Esaia scriptum est: *sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius et forma eius inter filios hominum.*

Si etiam philosophos interrogemus an vir fortis vt victoriam pariat populique salutem, quod ad flagra, ad vulnera, ad ipsam denique mortem sciens volensque descendat, an, inquam, inferior abiectiorque habeatur, dicent procul dubio quod multo etiam superior multoque honorabilior. Et an gloriosi martyres in tormentis crudelissime excogitatis poenas acerbissimas fortissime tolerantes, ideo  
265 minores erant et *infra abiectissimos etiam homines*? Immo maiores et gloriosiores ipsis regibus purpura, ostro, auro gemmisque fulgentibus, quorum iussu torquebantur.

Quid igitur dicendum putabimus de gloriosissimo inuictissimoque rege nostro, qui sua fame, siti, flagris, cruce et denique morte maximam omnium fecit victoriam et potestates hominibus superiores deuicit, captiuauit elisitque funditus, qui et omnes homines saluos fecit se sequi volentes? Iudaei et infideles illa ei impropertant vt eius abiectioem et impropertium. Nos autem qui misericordia eius fideles sumus nequaquam, sed exaltationem et gloriam ducimus et vere quidem ducimus. *Nos autem, inquit diuinus Paulus, praedicamus Christum crucifixum, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudaeis atque Graecis Christum, Dei virtutem atque sapientiam.*

At nunc sequentia videamus. Subdit itaque: *proinde michi videtur illud paulominus, quod Graece est βραχύ τι, non ad dignitatis imminutae modum esse referendum, sed ad temporis modum quo versatus est Christus in terris, quasi dicas: ad breue tempus diminutus est ab angelis.* Sed quo pacto ad temporis modum quo Christus versatus est in terris; et eo tempore quo versatus est in terris diminutus est ab angelis? Cum Paulus dicat: *et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrae, dicit: et adorent eum omnes angeli Dei.* Si omnes angeli iubentur adorare



285 eum in orbem terrarum introductum, non igitur eo tempore quo versatus est in  
 terris diminutus est *ab angelis*. Et nonne etiam angeli ipsum in paupere tugurio  
 existentem et in praesepe supra pauxillum foeni iacentem, vocant *Dominum*, vt  
 ait, apud Lucam, angelus ad pastores: *nolite timere. Ecce enim euangelizo vobis*  
*gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus est vobis saluator, qui est*  
 290 *Christus Dominus. Et hoc vobis signum: inuenietis infantem pannis inuolutum et*  
*positum in praesepio*. Non erat ergo imminutus *ab angelis* quo tempore versatus  
 est in terris, vt qui adoratur ab angelis et Dominus appellatur.

Sed an vocabulum quod *paulominus* Latinus interpres vertit apud Hebraeos et,  
 quemadmodum propheta scripsit, notet tempus, inquirendum est. Illic veritas et  
 295 Hebraica litera vocabulum habet *meat*, quod nequaquam significare tempus solet.  
 Vt alibi apud eundem prophetam psalmo 36: *melius est modicum iusto super diui-*  
*tias peccatorum multas*. Vbi hic dicitur *modicum*, Hebraice habetur *meat*, quod  
 opponitur ad multum et id quod dicitur *diuitias multas*, et perspicuum est non  
 significare tempus. Et cum in Geneseos 24 dicitur: *pauxillum aquae michi ad sor-*  
 300 *bendum praebe de hydria*, et 43: *reuertimini et emite nobis pauxillum escarum*, et  
 eodem numero: *deferte viro munera modicum mellis et modicum resinae*, vbi his in  
 locis dicitur *pauxillum* et *modicum*, semper Hebraice habetur dictio *meat* nequa-  
 quam tempus significans.

Manifestum igitur quod et in illo octauo psalmi versiculo, quem iuxta aeditio-  
 305 nem Septuaginta verterunt *minuisti eum paulominus ab angelis*, eadem dictio *meat*  
 non significat tempus. Quare neque  $\beta\rho\alpha\chi\acute{\upsilon}\ \tau\iota$  neque *paulominus*, quae dictionem

259 inglorius 1516/7: ingloriosus 1517 1531P 1531C.  
 263 habeatur 1516/7 1517 1531C: habetur 1531P.  
 284 adorent 1516/7 1517 1531C: adorant 1531P.  
 284–285 adorare eum 1516/7 1517 1531C: adorare

1531P.  
 302 dictio 1516/7 1517 1531C: dicti 1531P.  
 306 neque paulominus 1516/7 1517 1531C: paulo-  
 minus 1531P.

242–244 *qui ... homo* Phil. 2, 6–7.  
 245–246 *vsque ... descenderit* See appendix III,  
 ll. 27–28.  
 249 *cui ... haeret* The meaning of this clause is  
 not clear. One possible reading is: “to which,  
 in my opinion, he (Erasmus) does not keep  
 consistently”. Erasmus himself, in his *Summa*  
 of this apologia, see appendix V, ll. 138–139,  
 interpretes Lefèvre’s words as follows: *pericu-*  
*lum denunciat si meis dictis pertinaciter haer-*  
*erem*.  
 252 *Oportet ... hominis* Ioh. 3, 14. The Vul-  
 gate reads: “exaltari oportet Filium hominis”.  
 253 *Et ... traham* Ioh. 12, 32. The Vulgate  
 reads: “et ego, si exaltatus fuero a terra, omnia  
 traham ad me ipsum.”  
 256 *ergo ... tu* Ioh. 18, 37.  
*tu ... ego* Ioh. 18, 37.  
 259–260 *sicut ... hominum* Is. 52, 14.  
 275–277 *Nos ... sapientiam* 1 Cor. 1, 23–  
 24.

277 *virtutem atque sapientiam* The Vulgate reads:  
 “virtutem et Dei sapientiam”.  
 278–281 *proinde ... angelis* See appendix III,  
 ll. 29–31.  
 283–284 *et ... Dei* Hebr. 1, 6.  
 287 *Dominum* See the present appendix, ll.  
 289–290 and n. ll. 288–291.  
 288–291 *nolite ... praesepio* Lc. 2, 10–12.  
 289–290 *vobis ... hoc*. The Vulgate reads: “vobis  
 hodie saluator qui est Christus Dominus in  
 ciuitate Dauid. Et hoc”.  
 294 *propheta* I.e., David.  
 295 *meat* I.e.,  $\text{מֵאֵת}$ , *m’at*, “a little”.  
 296–297 *melius ... multas* Ps. 36, 16.  
 299–300 *pauxillum ... hydria* Gen. 24, 17.  
 300 *reuertimini ... escarum* Gen. 43, 2.  
 301 *deferte ... resinae* Gen. 43, 11. The Vulgate  
 reads: “... modicum resinae et mellis”.  
 306 *quae* I.e., “dictiones”. The feminine gender  
 of this supposed noun explains the feminine  
 gender of the following *illa* and *ista*.

illam *meat*, illa apud Graecos, ista apud nos interpretantur, tempus indicabunt. Caeterum cum vocabula ‘multum’, ‘parum’ et similia iunguntur vocabulis auctionem diminutionemue designantibus, nequaquam significare solent  
 310 tempus. Hic autem *paulominus* iungitur vocabulo *minuisti* quod imminutionem significat. Secus autem esset si iungeretur particulae designanti tempus.

Sed et interpretes Hebraeorum nichil in expositione huius versus de temporis conditione intelligunt, vt Dauid Quinchi, commendatus apud eos expositor, exponens id, *minuisti eum paulominus ab Elohim. Ab Elohim*, inquit, *id est ab*  
 315 *angelis, ob id quod hominis anima angelicae conditionis est. Nam corpus non est, perinde ac neque angeli. Et imminutio ipsa prouenit quia cum corpore est.* Ecce, quomodo haec imminutionis paucitas, Hebraeorum etiam sententia, non tempus, sed dignitatis imminutae modum respicit. Et inter Hebraeos eius sententia, qui circa linguae Hebraicae et vocabulorum Hebraicorum proprietatem suo tem-  
 320 pore probatur fuisse vigilantissimus. Verum ipse carnaliter et passibiliter de simplici homine hunc locum intelligebat. Quem si viuificasset gratia Christi et intelligentia Spiritus vt hunc octauum psalmi sextum versiculum de Verbo et Filio Dei imminuto ob carnis, id est humanitatis assumptionem, intellexisset, non interpretatus fuisset hic: *Elohim, id est Malachim*, sed potius ita in analogia dixisset:  
 325 *minuisti eum paulominus ab Elohim*, id est a Deo, ob id quod Verbum et Filius Dei diuinae est conditionis eiusdemque cum Deo naturae. Nam creatura non est perinde ac neque Deus. Et imminutio ipsa prouenit, quia cum humanitate est atque in eadem hypostasi cum creatura. Et sic qui non litera sed Spiritu ducuntur, exponunt fideles.

At Septuaginta dicentes ἡλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ’ ἀγγέλους id volunt  
 330 et βραχύ τι, quod dicimus *paulominus*, significare temporis modum paruumque tempus. Non crediderim, nam βραχύ τι apud Graecos et linguae quidem peritos Graecos non temporis, sed potius dignitatis aestimationisque modum dicit. Eustatius enim id Homericum exponens Iliados Iota: δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα, ait, εἰ  
 335 γὰρ περὶ τοῦ ταλάντου τῶν Ἑλλήνων ἐστὶ, βραχύ τι ἐστὶ. Si, inquit, de talento Graecorum est, exiguum quippiam est. Ecce *brachy ti*, quid exiguum aestimatione, valore, dignitate significans.

Et equidem arbitror Septuaginta si tempus indicare voluissent, potius dixisse ἐπ’ ὀλίγον, quod apud philosophos frequenter paucum tempus significat, aut  
 340 μικρόν, quod manifeste in sacris literis paruum tempus significare dinoscitur, vt id apud Ioannem: *modicum et non videbitis me et iterum modicum et videbitis me.* Ecce in hoc loco, vbi dicitur μικρόν, nos habemus *modicum*. Aut dixissent ἡλάττωσας ταχύ, quod quidem vocabulum ταχύ cognoscitur paruam moram designare, vt psalmo 36: sicut *foenum velociter arescent et quemadmodum olera herbarum cito decident.* Quod hic dicitur *velociter* et *cito*, Septuaginta dicunt ταχύ. Si  
 345 autem dixissent ἡλάττωσας αὐτὸν ταχύ παρ’ ἀγγέλους, sic verti potuisset: ‘minuisti eum cito ab angelis’, atque ita praebuissent temporis intelligentiam. Verum nec sic dixerunt, nec temporis intelligentiam insinuare voluerunt, quam nec apud Hebraeos inueniebant.

350 Sed quid dicemus de Chrysostomo et Vulgario? Id sane: optimum et doctissimum Chrysostomum sequutum fuisse Athanasium; Vulgarium vero sequutum vtrumque, qui tres non nisi vnus sunt, et Septuaginta praeuisse erroris causam, cum dixerint *ab angelis* vbi *a Deo* fuerat dicendum. Athanasius et deinde Chrysostomus et Vulgarius crediderunt sic, id est *ab angelis*, ex Hebraco haberi et  
 355 accommodarunt vtcunque potuerunt literae Septuaginta interpretum intelligentiam. Et cum illam imminutionem *ab angelis*, vt dignitatis modum dicit, accommodare Christo non possent, pressi difficultate intelligentiae ad id, vt dictio βραχύ τι breue tempus significaret confugerunt, vt Christus diminutus *ab angelis* breui tempore, vt quo mortalem degeret vitam, diceretur. Quod neque oportebat  
 360 neque verum est, vt iam quoque supra ostensum est sufficienter. Et aperte insuper euangelia et prophetae declarant. Nam Christus versatus in terris nunquam dixit vllum se maiorem, nisi Patrem. *Vado*, inquit, *ad Patrem, quia Pater maior me est*. Vt vel sic intelligamus eum dumtaxat imminutum et parum quidem *a Deo*, non autem *ab angelis*. Et Ioannes, praecursor Domini, de Christo cum in terris  
 365 versaretur dicebat: *qui de sursum venit super omnes est, qui de terra est de terra loquitur*. Si super omnes, certe super angelos et nequaquam imminutus ab angelis. Et Esaias: *paruulus enim*, inquit, *natus est nobis et filius datus est nobis et factus est principatus super humerum eius et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri saeculi, princeps pacis*. Et iterum: *ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius Emmanuel* quod interpretatur  
 370 *Matthaeus nobiscum Deus*.

Ecce igitur nomina Christi vel in cunis vagientis ex primo oraculo, *consiliarius, Deus, fortis, pater futuri saeculi, princeps pacis*, et ex secundo, *filius virginis* et

312 interpretes 1516/7 1517 1531P: interpret 1531C.

313 Quinchi 1516/7 1517 1531C: Quimih 1531P.

327 ac neque 1516/7 1517 1531C: atque 1531P.

330–331 volunt et 1516/7 1517 1531C: volunt 1531P.

340 dinoscitur 1516/7: dignoscitur 1517 1531P 1531C.

341 et iterum 1516/7 1517 1531C: iterum 1531P.

367 Esaias 1516/7 1517 1531P: Isaias 1531C.

313–316 *Dauid ... est David* Quinchi (Kimchi, c. 1160–1235), *op. cit.* (the present appendix, n. l. 163), p. 52.

320 *ipse* Kimchi.

327 *perinde ... Deus* “no more than God (is a creature)”.

330 ἡλάττωσας ... ἀγγέλους Ps. 8, 6 in the Septuaginta.

334–335 δέκα ... τι ἐστί. See Eust., *Comm. in Hom. II*, I. l. 122, ed. M. van der Valk, vol. 2, Leiden, 1976, p. 673, ll. 1–6.

341–342 *modicum ... me* Ioh. 16, 16.

341 *modicum et non* The Vulgate reads: “modicum et iam non”.

344–345 *foenum ... decident* Ps. 36, 2.

350 *Sed ... Vulgario* Cf. appendix III, ll. 31–32 and n. Cf. Erasmus, *Annot. in NT*, ad *Hebr.* 2, 7, *LB VI* 988 F: “... Vulgarium et Athanasium

duos facit cum commentarii in epistolas Pauli, qui circumferuntur versi a quodam priore S. Balbinae, Vulgarii sint, seu potius Theophylacti Bulgariensis Episcopi, non Athanasii. Quod protinus deprehendet qui Graeca contulerit.”  
 351 *Athanasium* *Expos. in Ps.*, viii, Migne *PG* 27, 81 C4–8.

352–353 *Septuaginta ... dicendum* See the *Apolo- log. ad Fabr. Stap.*, n. ll. 14–15.

356 *dicit* The subject is Erasmus.

362–363 *Vado ... est* Ioh. 14, 28.

365–366 *qui ... loquitur* Ioh. 3, 31. The Vulgate reads: “qui desursum venit supra (super) omnes est, qui est de terra de terra est et de terra loquitur”.

367–369 *paruulus ... pacis* Is. 9, 6.

369–370 *ecce ... Emmanuel* Is. 7, 14.

371 *nobiscum Deus* Mt. 1, 23.

*nobiscum Deus.* Non est igitur nomen eius in terris id: minor angelis siue minu-  
 375 tus *ab angelis*, sed *Deus nobiscum* et angelorum Deus ac Dominus cui sit honor et  
 gloria. Quod autem insuper adiicitur: *neque vero refellit huius partis sensum id*  
*quod sequitur: gloria et honore coronasti eum, omnia subiecisti sub pedibus eius,*  
*siquidem illud pertinet ad Ihesu vitam actam in terris et passionem, hoc posterius ad*  
 380 *glorificationem ad quam vt homo subuectus est,* etsi secunda particula illi intelli-  
 gentiae etiam non aduersaretur, veritas tamen, vt iam abunde monstratum est,  
 illius particulae eam intelligentiam quam nichilominus praetendit defendere, id  
 est Christum in hoc mundo minoratum fuisse ab angelis, prorsus eliminat peni-  
 tusque refellit. Et si quis diligenter perpendere velit, autumo et sequentem et  
 praecedentem particulam illi intelligentiae qua diceretur Filius hominis imminu-  
 385 tus ab angelis aduersari, praecedentem quidem qua dicitur: *quid est homo quod*  
*memor es eius aut Filius hominis quoniam visitas eum.* Nam caeterorum hominum  
 non est nisi quaedam Dei memoria et, vt sic dicam, absentia quaedam, quod id  
 insinuat: *quid est homo quod memor es eius,* siquidem memoria absentium est.  
 Filii autem hominis, id est Christi, iam visitatio et praesentia vnionis est et tan-  
 390 tae quidem vnionis vt ea sit hypostatica et qua nulla maior esse potest. Quod et  
 id insinuat, *aut Filius hominis quoniam visitas eum.* Et huiusmodi Dei visitatio,  
 praesentia, vnio, non hominem minuit sed sic etiam eleuat super omnia vt pau-  
 lominus minutus sit a Deo. Et minui paulominus a Deo est super omnia alia  
 exaltari et omnia alia illi subiecta esse. In eo enim, ait Apostolus, *quod omnia ei*  
 395 *subiecit, nichil dimisit non subiectum ei praeter eum qui subiecit ei omnia.*

Et de illa visitatione, vnione et a Diuinitate appraehensione circa finem huius  
 capituli subdit Apostolus: *nusquam enim angelos appraehendit, sed semen Abrahae*  
*appraehendit,* quod quidem Abrahae semen alio loco interpretatur *qui est Chri-*  
*stus.* Sed nec vllum alium hominum appraehendit, proinde dicit Paulus ad Gala-  
 400 *tas: Abrahae dictae sunt promissiones et semini eius, non dicit: et seminibus, sed*  
*quasi in vno et semini tuo qui est Christus.* Et cum Deus angelos nusquam appraeh-  
 enderit, neque ea sit ad eos diuinac visitationis appropinquatio qua maior esse  
 non potest, intelligitur iam quaedam Dei ab angelis distantia, hominis autem qui  
 Christus est nulla, cum eam ad Deum habeat approximationem et vnionem qua  
 405 creaturae ad Deum et cum Deo nulla potest esse maior. Praecedens igitur par-  
 ticula manifeste declarat iis qui Spiritus intelligentiam sequi possunt, non esse  
 consequenter legendum *minuisti eum paulominus ab angelis,* sed legendum *a Deo.*

Sed etiam si in hoc mundo *gloria et honore coronatus est et omnia ei subiecta*  
*fuerunt,* nonne secunda particula illius octauae versus etiam primae particulae  
 410 refellit intelligentiam qua interpretaretur *minuisti eum paulominus ab angelis?* Sed  
 nonne is qui a Deo in hoc mundo rex gentium, haeres et possessor terminorum  
 terrae constituitur *gloria et honore coronatur?* Cum autem Christus in hoc mundo  
 talis fuerit (*ego, inquit, constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius,*  
*praedicans praeceptum eius*), certe in hoc mundo *gloria et honore* prae omnibus  
 415 etiam regibus terrae a Deo coronatus est.

Cui enim regum terrae aliquando dixit Deus: *postula a me et dabo tibi gentes*  
*haereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae?* Quod si tunc mortalium

oculorum infirmitas cognosci non permittebat, cognoscebant tamen angeli et prophetae et sancti Dei. *Exulta satis*, inquit Zacharias, *filia Sion, iubila, filia Hierusalem*. *Ecce, rex tuus veniet tibi, iustus et saluator*. Et Ioannes: *et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a Patre*. Qui pauper aspectui hominum apparerat, sed diues super omnes aspectibus angelorum ac sanctorum. Quem vt vidit Petrus in sua gloria aut potius gloriae suae adumbratione transfiguratum, facie tanquam sole fulgida et vestimentis candidioribus niue, prae admiratione gloriae in ἐκστάσει factus dixit: *Domine, bonum est nos hic esse. Si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum et Heliae vnum*. Et cum Christus in terris clamaret: *Pater, clarifica nomen tuum, venit vox de coelo dicens: et clarificauit et iterum clarificabo*. Quae vniuersa gloriam et honorem eius in terra significant, exuperantem etiam omnem gloriam et omnem honorem omnium regum terrae. Et cum fuerit rex a Deo constitutus in tanto honore, clarificatione et gloria, quid ni intelligamus constitutum fuisse super opera manuum eius et omnia fuisse ei in terra subiecta? Quod satis innuit diuinus Christi praeco apud Ioannem dicens: *Pater diligit Filium et omnia dedit in manu eius*. Et Paulus in hac epistola: *non enim*, inquit, *angelis subiecit Deus orbem terrae futurum de quo loquimur*, sed vult orbem terrae futurum ei subiectum esse, de quo scriptum est: *omnia subiecisti sub pedibus eius*, et is procul dubio est Christus. Et orbis terrae futurus intelligitur orbis a Christi Domini aduentu, vt ait Esaias, *et vocabitur princeps pacis, pater futuri seculi*.

Et non solum orbis terrae subiectus fuit Christo, sed et omnia illi fuisse subiecta ipse mirificis in terra operibus declarauit, caecos a natiuitate illumi-

405 cum Deo 1516/7 1517 1531C: Deo 1531P.

419–420 Hierusalem 1516/7 1517 1531P: Ierusalem

1531C.

426 Moysi 1516/7 1517 1531C: Mosi 1531P.

376–379 *neque ... est* See appendix III, ll. 33–36.

377 *gloria ... eum* Hebr. 2, 7; Ps. 8, 6.

377 *omnia ... eius* Hebr. 2, 8; Ps. 8, 8.

377–378 *eius, siquidem illud* Erasmus writes: *eius, oues et boues etc. Siquidem prius illud* (appendix III, l. 34).

381 *praetendit* The subject is Erasmus.

385–386 *quid ... eum* Ps. 8, 5.

394–395 *quod ... subiectum ei* Hebr. 2, 8.

395 *praeter ... omnia* I Cor. 15, 27.

397–398 *nusquam ... apprehendit* Hebr. 2, 16.

398–399 *qui est Christus* Gal. 3, 16.

400–401 *Abrahae ... Christus* Gal. 3, 16.

400 *seminibus, sed* The Vulgate reads: “seminibus quasi in multis, sed”.

405–406 *Praecedens ... particula* Ps. 8, 5; Hebr. 2, 6 “quid est homo quod memor es eius aut Filius hominis quoniam visitas eum”. Cf. the present appendix ll. 385–386.

407 *minuisti ... Deo* Cf. n. l. 6.

408–409 *gloria ... fuerunt* Hebr. 2, 7–9; Ps. 8, 6–8; I Cor. 15, 27.

409 *secunda ... versus* Lefevre refers to the words “gloria ... ei” in Hebr. 2, 7–8 and Ps. 8, 6–8. *octauus versus* i.e., of Ps. 8; cf. ll. 454, 521–522, and 528–529.

411–412 *haeres ... terrae* See the present appendix, ll. 416–417 and n.

413–414 *ego ... praeceptum eius* Ps. 2, 6, Vg.: “Ego autem constitutus ...”

416–417 *postula ... terrae* Ps. 2, 8.

419–420 *Exulta ... saluator* Zach. 9, 9.

420–421 *et vidimus ... Patre* Ioh. 1, 14.

422–426 *Quem ... vnum* Mt. 17, 1–9; Mc. 9, 1–8; Lc. 9, 28–36.

425–426 *Domine ... Heliae vnum* Mt. 17, 4.

427–428 *Pater ... clarificabo* Ioh. 12, 28.

427 *venit vox* The Vulgate reads: “venit ergo vox”.

432 *praeco* John the Baptist.

433 *Pater ... eius* Ioh. 3, 35.

433–434 *non ... loquimur* Hebr. 2, 5.

435–436 *omnia ... eius* Hebr. 2, 8; Ps. 8, 8.

437–438 *et ... seculi* Is. 9, 6. Cf. the present appendix, n. ll. 367–369.

440–441 *caecos ... illuminando* See Ioh. 9, 1–7.

nando, surdis auditum reparando, claudis gressum, mortuos suscitando et imperiosa voce Lazarum ab inferis reuocando, naturas rerum transmutando vt aquam in vinum, quatuor milia hominum praeter paruulos et mulieres ex panibus septem et paucis pisciculis saturando, daemonia subiiciendo, mari et ventis imperando et in omnia se habere potestatem manifestando.

445 Et haec quidem omnia, dum versabatur in terra. Quis angelorum caecos natos illuminauit, quis illuminare potest, mortuos suscitare, creaturas transmutare, imperare inferis, propria autoritate legem dare mari, ventis ac procellis, quis septem panibus et duobus pisciculis tantam hominum multitudinem saturare? Nul-  
450 lus certe neque hominum neque angelorum, sed solus Christus qui haec omnia in terris potuit et fecit, vt vel sic intelligatur pro eo tempore quo versabatur in terris non fuisse imminutus *ab angelis*, sed angelis superior, cui *a Patre omnia tradita sunt eique subiecta omnia*.

Pugnat igitur posterior illa sexti versus octauae psalmi particula illi prioris intelligentiae qua diceretur *minuisti eum paulominus ab angelis*. Legendum igitur et vere legendum *a Deo*.

Quod subiungit: *neque vero hoc fefellit Aquinatem qui indicat paulominus bifariam accipi posse, vel vt pertineat ad quantitatem, sic enim loquitur, vel vt pertineat ad durationem*, Thomas, mea quidem sententia, eo magis venia dignus quo  
460 magnos sequebatur authores, Athanasium, dico, atque Chrysostomum. Ex quorum lectione hanc sibi effinxit duplicem vocabuli acceptionem, quamuis eam nulla ratione fulserit. Effinxit autem, similiter et alii, vt huius loci *minuisti eum paulominus ab angelis*, quem sic omnino haberi apud prophetam putabant, ingentem et pene inextricabilem effugerent expositionis difficultatem. Verum, vt  
465 iam dilucide ostensum est, non modo non effugerunt, sed noua se difficultate implicuerunt. Et quid aliud potuisset Thomas, alioqui vir bono ingenio qui ea temporum infoelicitate natus est in quibus bonae literae omnes et Latinae et Graecae et Hebraicae tanquam sepultae et emortuae ignotae iacebant. In tanta tamen temporum caligine pleraque non aliis sui temporis deterius, immo melius  
470 et vero vicinius vidit. Si vero et Athanasius, Chrysostomus et Thomas intellexissent prophetam in propria Hebraicaque lingua habuisse *minuisti eum paulominus a Deo*, non ita maligno erant ingenio quin toto animo amplexati fuissent Deo ex corde de tam magnifica Deoque digna intelligentia gratias exsoluentes. Vt et suscipiunt alacriter omnes qui intelligentiae Spiritus sunt amatores, qui et  
475 Christo Deoque pro tam magnifica dignaque prophetae intelligentia gratias ex corde similiter agunt.

Adiicit praeterea: *sunt qui Lucam putent interpretem fuisse, quam opinionem si recipimus, is interpres in ius vocari non potest*. Non sane recipimus Lucam fuisse huius epistolae interpretem, cum omnes hanc sentiant incerto authore fuisse  
480 translata, tum quia Lucas spiritualis erat, quem minime latebat sensus Spiritus, cui vt Spiritum Dei habenti et euangelium commissum est exscribendum. Caeterum non oportet hic auctoritatem scribentis, quicumque is fuerit, sed veritatem facere victoriam.

485 Sed dicit: *interpres in ius vocari non potest, praesertim cum apud Hebraeos haec vox Elohim habeatur quippe quae utrius numero singulari aut plurali 'Deum' aut 'deos' declaret.*

490 Non eo inficias apud Hebraeos vocabulum 'Elohim' homonymum esse, quod πολύσημον καὶ πολλαχῶς λεγόμενον iure dici potest. Sed et vocabulum habemus homonymum atque polysemum ei respondens: Deus et dei. Loco cuius qui bene vertunt si simpliciter et sine pluralitatis nota dicatur, semper ponunt 'Deum' aliquo casu singulari. Cum vero sumitur cum pluralitatis nota ut *col Elohim*, semper efferunt pluratiue ut 'omnes dii' aut 'omnes deos', quemadmodum id psalmo 95: *quoniam omnes dii gentium daemonia* et psalmo 94: *quoniam Deus magnus Dominus super omnes deos.*

495 Cum igitur sine nota pluralitatis inueniatur a propheta Dauid positum in Psalmis bis centies septuagies quinquies et bis centies septuagies quater interpretatum inueniatur singulari numero 'Deus', qua fronte igitur in hoc octauo psalmo *Elohim* sine pluralitatis nota repertum non vertit singulari numero 'Deus' ac dixit *a Deo*? Quomodo is *interpres in ius vocari non potest*? Cur toties alibi in Psalmis ubique *Deus*, nusquam autem 'dii' aut 'angeli', hic vero *ab angelis*? Certe *a Deo* dicere debuerat, nisi merito vellet in ius vocari.

500 Et quod translatio Chaldaica, quae verius paraphrasis quam translatio dici posse videtur, habeat *ab angelis*, nichil obest neque id sufficienti argumento est, cum pleraque alia aut errore paraphraetae aut posteriorum deprauatione a fideli reicienda, peruersa aut viciata contineat et cum iam lucida veritate perspectum sit legendum esse *a Deo*, non *ab angelis*.

443 paruulos 1516/7: paruos 1517 1531 P 1531C.

447 quis 1516/7 1517 1531C: qui 1531P.

464 effugerent 1516/7 1517 1531P: effingerent 1531C.

473 digna 1516/7 1517 1531C: digno 1531P.

474 intelligentiae 1516/7 1517 1531P: intelligentia 1531C.

492 id 1516/7: in 1517 1531P 1531C.

504 fideli 1516/7 1517 1531C: fidei 1531 P.

441 surdis ... reparando See Mt. 9, 32–34; Mc. 9, 16–28.

claudis gressum See Mt. 15, 30.

mortuos suscitando See Lc. 7, 11–17; Mc. 5, 41–42.

441–442 imperiosa ... reuocando See Ioh. 11, 43–44.

442–443 aquam in vinum See Ioh. 2, 1–11.

443–444 quatuor ... saturando See Mt. 15, 29–39.

444 daemonia subiuciendo See, e.g., Mc. 1, 34, 39; 3, 15.

444–445 mari ... imperando See Mt. 8, 23–27.

452–453 a ... sunt Mt. 11, 27; Lc. 10, 22.

453 subiecta omnia I Cor. 15, 27–28.

455–456 minuisti ... Deo Cf. the present appendix, n. l. 6.

457–459 neque ... durationem See appendix III, ll. 36–38

457 vero hoc Erasmus wrote: *vero prorsus hoc Aquinatem Loc. cit.* (the present appendix, n. l. 42). See Erasmus, *Apolog. ad Fabr. Stap.*, n. l. 370.

477–478 sunt ... potest See appendix III, ll. 41–42.

484–486 interpres ... declaret *Ibid.*, ll. 42–44.

487 eo inficias "I contest".

488 πολλαχῶς λεγόμενον Cf. Aristot. *Top.* 158 b 10 and *Pol.* 1276 a 23.

491 col Elohim I.e., כֹּל אֱלֹהִים, kôl Elohim, "all gods (or: lords)".

493 quoniam ... daemonia Ps. 95, 5.

493–494 quoniam Deus ... deos Ps. 94, 3

494 super The Vulgate reads: "Dominus et rex magnus super".

502 translatio Chaldaica I.e., of Ps. 8, 6. See appendix III, n. ll. 47–48.

Dicit insuper: *unum illud addam, Hieronymum videri non admodum probasse quod haec proprie tribuantur Christo, cum ait: hunc locum Apostolus in epistola ad Hebraeos super Christo interpretatur.* Immo equidem oppositum crediderim: eo ipso scilicet quod sacer Hieronymus dicit, *hunc locum Apostolus in epistola ad Hebraeos super Christo interpretatur,* ipsum sacrum ecclesiae doctorem admodum et omnino approbasse quod haec proprie Christo tribuantur. Nunquid enim credi consentaneum est, quia Apostolus hunc locum de Christo interpretatur, iccirco Hieronymum sensisse hunc locum non proprie Christo esse tribuendum? Id profecto credere amentia esset. Et si id non sentiret Hieronymus propter Apostolum, sentiret tamen hunc psalmum proprie de Christo esse ex ipsius Christi testimonio ex hoc psalmo prophetiam super se citantis.

Cum enim pueri Hebraeorum clamarent in templo ac dicerent in laudem saluatoris: *osianna filio David* et principes sacerdotum et scribae indignati dicerent ei: *audis quid isti dicunt? Ihesus dixit eis: utique, nunquam legis quia ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem?* Qui est tertius huius octavi psalmi versus. Is autem de quo agitur eiusdem est sextus.

Et calci annotationis suae adiungit: *et de authore eius adeo fuit dubitatum ut sero recepta sit a Romana ecclesia, quandoquidem in hanc unam omnium nichil commentatus est Ambrosius. Et Hieronymus ait a nonnullis non fuisse receptam ob id, quod in ea nonnulla citarentur quae apud Hebraeos non inueniantur.* Id, inquam, calci adiectum ad id quo de agitur momenti nichil habet. Nam id in quaestione non versatur, quisnam fuerit epistolae author, sed an prima particula sexti versus octavi psalmi probe fideliterque reddita sit ab interprete sic efferente: *minuisti eum paulominus ab angelis,* an potius vertere debuerit: *minuisti eum paulominus a Deo.* Quem sane posteriorem modum debuisse, si fidelis esse voluit interpres, iam satis superque monstratum est.

Et quanquam ita est, non tamen satis constat id verum esse, sic de hac epistola addubitatum fuisse ut sero recepta sit a Romana ecclesia. Nam ea Latina tralatio qua vitur ecclesia, Hieronymi praecessit tempora. Et Hieronymus aduersus Iouinianum de Enoch citat in hac epistola Apostolum dicens: *de quo Paulus apostolus in epistola ad Hebraeos plenissime docet.* Quae si non fuisset recepta, non utique aduersus haereticum reuincendum ipsius vteretur testimonio. *Sero,* inquit, *recepta est a Romana ecclesia, quandoquidem in hanc unam omnium nichil commentatus est Ambrosius.* Id certe nullo argumento esse potest, ipsam epistolam sero fuisse a Romana ecclesia receptam, siue commentatus fuerit Ambrosius, quod nescitur, siue non commentatus. Qua enim argumentationis lege efficitur: Ambrosius nichil est in hanc epistolam commentatus, ergo non est recepta aut sero recepta a Romana ecclesia? Sane eodem iure dicam epistolam Iacobi, duas Petri et reliquas sero fuisse a Romana ecclesia receptas, quandoquidem nichil in eas Ambrosius est commentatus. Quam rem si hac ratione pertinaciter defendere voluero, explodari, irridebor, tota dignus videbor Anticyra.

Verum etiam certo cognoscitur argumento ante Ambrosium receptam ab ecclesia fuisse, quoniam Ambrosius in suis scriptis eius vitur testimonio ut in epistola 82, quae est ad Versellensem ecclesiam, circa medium inquit: *unde nos*



apostolus Paulus eorum vult esse imitatores, qui per fidem et patientiam possederunt reppromissiones Abrahae. Et ad Clementianum circa principium de apostolo loquens: et licet, ait, ad Hebraeos ipse dixerit, quia testamentum non valet nisi mors intercedat testatoris. Hoc epistolae ad Hebraeos capite 9, illud capite 6. Et innumera epistolae ad Hebraeos tunc in ecclesia receptae ac approbatae, reperiantur testimonia, tum in Ambrosii, tum in Hieronymi opusculis et etiam in primitiua ecclesia, vt in Dionysii Diuinis nominibus, si desiderantur antiquiora.

Et si fuerunt aliqui qui hanc refutantes epistolam diffiterentur esse Pauli, nequaquam ii fuerunt Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, quandoquidem huius epistolae vtuntur authoritate, non Athanasius, non Chrysostomus qui in eam commentati sunt, non vlli fideles. Sed illi fuerunt Ebionitae, Martionitae et

521 lactentium 1516/7 1517 1531C: lactantium 1531P.  
527 calci 1516/7 1517 1531P: in calce 1531C.

534 tralatio 1516/7: translatio 1517 1531P 1531C.

507–509 vnum ... interpretatur See appendix III, ll. 53–55.

510–511 Hieronymus ... interpretatur Hier., loc. cit. (see the present appendix, n. ll. 39–40).

519 osianna filio Dauid Mt. 21, 15.

519–520 principes ... ei Cf. Mt. 21, 15–16.

520–521 audis ... laudem Mt. 21, 16,

520 Ihesus dixit The Vulgate reads: "Iesus autem dixit".

523–526 et de ... inueniantur See appendix III, ll. 56–59.

525–526 Hieronymus ... inueniantur Hier. Comm. in Is., lib. 3, CCSL 73, ed. M. Adriaen, Turnhout, 1963, p. 92, ll. 47–49.

529–531 minuisti ... Deo Cf. the present appendix, n. l. 6.

536–537 de ... docet Hier., Adv. Iou., I, Migne PL 23, 247 A7–8.

538–540 Sero ... Ambrosius See appendix III, ll. 56–57, cf. the present appendix, n. ll. 523–526.

538 inquit The subject is Erasmus.

540 Ambrosius I.e., Ambrosiaster, cf. H.J. de Jonge in ASD IX, 2, p. 144, n. ll. 664–665. The objection in ll. 544–546 is inadequate, because Ambrosiaster wrote his commentary only on the Pauline epistles.

547 tota ... Anticyra "I shall seem to be crazy". Otto 117, Adag. 752 (Nauiget Anticyras), LB II, 318 E–319 B.

548 receptam I.e., epistolam ad Hebraeos.

550–552 unde ... Abrahae Ambr. Epist. 14, CSEL 82, ed. M. Zelzer, Wenen, 1982, p. 261.

551 fidem ... possiderunt The text of Ambrosius reads: "fidem, inquit, et patientiam possident". Ambrosius is referring to Hebr. 6, 12–13.

553–554 et ... testatoris Ambr., Epist. 75, Migne PL 16, 1312 C8–11. Ambr. is referring to Hebr. 9, 16–17.

556 Ambrosii See e.g., the present appendix, n. ll. 552–554.

Hieronymi See e.g., Epist. 17, Migne PL 30, 186 B4–5.

557 Dionysii Diuinis nominibus See e.g., Migne PG 3, 836 D14. Lefèvre regarded the works of Dionysius the Areopagite as genuine and as written in the first century A.D. Cf. this appendix, n. ll. 221–222.

559 Augustinus See e.g., Epist. 177, CSEL 44, 3, ed. A. Goldbacher, Vienna and Leipzig, 1904, p. 680.

560 Athanasius Lefèvre is referring to Theophylact, translated into Latin by Porsena, cf. H.J. de Jonge, ASD IX, 2, p. 131, n. l. 437; see e.g., Athanasius, ... commentarii in epistolas Pauli ... quae omnia ... Latina facta Christophoro Porsena ... , Paris, 1519. The note on Hebr. 2, 7 can be found on P CCXIX Diii. It is indeed a translation of a note in Theophylact, Migne PG 125, 208 B12–C9. In Porsena's translation, however, the text quoted from Hebr. 2, 6–7 includes also the final clause of v. 7: "constituisti eum super opera manuum tuarum". Chrysostomus See his Enarr. in Epist. ad Hebr., Migne PG 63.

561 Ebionitae A sect of Jewish Christians in the early centuries of the Christian era. Some of them did not believe in the virgin birth of Christ. They are said to have rejected the Pauline epistles. H. Chadwick, *The Early Church*, Middlesex, 1986, p. 23. ODCC, pp. 438–439.

561 Martionitae Followers of Marcion (ca. 150 A.D.) who denied the identity of the New Testament God and the Creator God revealed in the Old Testament. Marcion also rejected the real incarnation of Christ. He accepted only ten epistles of Paul, H. Chadwick, *op. cit.*, pp. 38–39; ODCC, pp. 870–871.

id genus pessimorum haereticorum, quorum nonnulli negabant Christum fuisse Deum, alii vero negabant fuisse hominem, quorum omnium ex hac epistola manifeste conuincebatur insania, qui et falso calumniabantur. Non autem Hieronymus, qui illorum verba recitat: *quod nonnulla in ea citarentur quae apud Hebraeos non inueniantur*. Nam si non iniuria interpretis id factum sit, nichil prorsus autumo in ea citatum quod apud Hebraeos inueniri non possit et omnium fide probari, vt nullus posthac diffidat hanc sanctam et diuinam epistolam, etsi solum per interpretem eam habeamus, ex Paulo fuisse et eminentissimam vitae atque Spiritus continere intelligentiam, omni populo fideli et toti mundo vel maxime necessariam. Quam et sacrosanctae synodi et canones ecclesiastici approbauere.

Et hic nostrae disceptationis cum viro quidem peramico beneuole susceptae, finem facimus. Quam eo libentius suscepi quo materia ipsa discussione visa est dignissima et ad eum virum qui michi charissimus est. Et quod auget dilectionis affectum, qui doctissimus est, vigilantissimus, eloquentissimus et clarus theologiae professionis assertor, plurium linguarum probe gnarus ac de re literaria vniuersa quam optime meritus. Qui, puto, boni consulet quod ad plenius agnoscendam veritatem, et eam quidem veritatem in qua errare periculosum et probe nosse pulcherrimum est, nostra hactenus cura insudarit, praesertim cum ipse nobis stimulum respondendi addiderit. Quem etiam oratum velim vt pro foecundiore ingenio et dicendi gratia ad nostra adiiciat, si illi non satisfacisse videbor. Quamuis et rear hac in parte fecisse satis vel abunde. Idque praestante Domino nostro Ihesu Christo veri lucisque infusore, qui magnus est super omnia Deus. Cui sit honor et gloria in saecula. Amen.

IACOBI FABRI STAPVLENSIS DISPUTATIONIS IN ANNOTATIONEM  
DESIDERII ERASMI ROTERODAMI FINIS

565–566 *quod ... inueniantur* Cf. appendix III, ll. 58–59) and cf. the present appendix, n. ll. 525–526. In fact, however, Jerome does not assert in this passage that the reason why heretics rejected *Hebr.* was because it contains elements not found in the Hebrew text of the Old Testament. Elsewhere Jerome does write that some of the heretics did not accept *Hebr.*; see his *Comm. in Epist. ad Tit.*, lib. i, prologus, Migne *PL* 26, 589 B1–C5. But in that case, he does not say that they rejected *Hebr.*

because it contains elements missing in the Hebrew Old Testament.

580–581 *ipse ... addiderit* Erasmus did this request not in the annotation of *Hebr.* 2, 7 in Erasmus' *Nov. Instr.*, but in letters which he sent to Lefèvre before publishing his *Nov. Instr.* In these letters, which are not extant, Erasmus expresses his disagreement with several statements that Lefèvre made in the first edition of his translation, paraphrase and annotations of Paul's epistles. See Erasmus' *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 135 and 137 with nn. and ll. 142–144.

APPENDIX V  
SUMMA TOTIVS DISPUTATIONIS CONTRACTA  
IN ARTICVLOS, ADDITIS DVOBVS VERBIS EORVM  
QVAE OBIICIVNTVR SOLVTIONIBVS

(1518)

5 Ex hoc loco Faber Stapulensis, vir cum primis probus ac doctus, ansam arripuit  
conflictandi mecum, siue id fecit instinctu alieno, siue quo meum animum  
exploraret, siue affectu quodam humano, vt nullus adhuc hominum extitit qui  
omnibus horis sapuerit. Sed quoniam illius insectatio commentariis intermixta  
passim legitur, neque commodum est visum nostram apologiam, qua illi copio-  
sius respondeo, in hunc infulcire locum, capita rerum duntaxat annotabo lectori.  
10 Primum, quod facit me reiicientem suam sententiam ac Hieronymianam  
interpretationem, res ipsa declarat longe secus esse, cum vtranque recenseam, nec

This *Summa totius disputationis* appeared in the fourth edition of Erasmus' *Apolog. ad Fabr. Stap.*, printed by Martens in Louvain in 1518, f° m4r<sup>b</sup>-o3r<sup>o</sup> (i.e., 15 pp.). It was inserted after the apologia. It is announced on the title page of the book as a whole, which reads: *Apologia Erasmi Roterodami ad eximium virum D. Iacobum Fabrum. Cui additum est compendium argumentorum, quibus Faber aduersus eum est usus, adiectis solutionibus.*

Subsequently, Erasmus incorporated this *Summa* in the *Annotat. in Nov. Test., ad Hebr. 2, 7*, printed by Froben in Basel in 1519. He appended it to the note on *Hebr. 2, 7* that had already appeared in the *Nov. Instr.* This *annotatio* was included in its entirety (i.e., the note on *Hebr. 2, 7* as occurring in the *Nov. Instr.*, enlarged with the *Summa*) in all subsequent editions of the *Nov. Test.* from 1519 onward, without changes of any importance. The minor alterations introduced in 1519 and in later editions of the *Annotat. in Nov. Test.* will not be recorded here. For these alterations, see A. Reeve (ed.), *Erasmus' Annotations on the*

*New Testament. Galatians to the Apocalypse*, Leiden, 1993, pp. 707-713.

4 *hoc loco Hebr. 2, 7.*

4-5 *Faber ... mecum* Lefèvre did this in his *disputatio*, i.e., his note on *Hebr. 2, 7* in the second edition (1516/17) of his translation and paraphrase of, and commentary on Paul's epistles. For Lefèvre's note on *Hebr. 2, 7*, see appendix IV.

4 *ansam Adag.* 304 (*Ansam* quærere et consimiles metaphoræ), *ASD* II, 1, pp. 411-413.

5 *instinctu alieno* For this suggestion, and for the identity of the persons Erasmus may have suspected, see the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, l. 40 and n.

7 *omnibus horis* See *Adag.* 1329, *LB* II, 532 B-D.

9 *in hunc ... locum* I.e., in the *Annotat. in N.T., ad Hebr. 2, 7.*

10-11 *facit ... interpretationem* Erasmus is referring to Lefèvre's words in his *disputatio*, appendix IV, ll. 19-22. For a more elaborate reaction of Erasmus on this passage, see his *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 283-331 and nn.

hanc nec illam reiiciens, sed tantum indicans scrupulum qui videatur in vtraque lectione obstrepere. Eumque conor amoliri, per hoc et Fabri parteis adiuuans, nam is scrupulus grauius obstat, si legamus eum paulum diminutum a Deo  
 15 quam ab angelis.

Deinde, quod hanc disputationem mecum susceptam vocat propheticæ intelligentiæ defensionem, ad me certe non pertinet, cum ego propheticam intelligentiam pro virili adiuuem, non impugnem. Nec hic sine contumelia me facit intelligentiæ propheticæ aduersarium, etiamsi constaret prophetam hoc sensisse  
 20 quod ille vult, cum nec Fabro aduerser et Hieronymianam annotationem nominatim etiam adducam.

Deinde, quod dixeram illum hac in parte a Thoma dissentire, id ita defendit quasi criminis vice intenterim, cum nihil tale sit in scriptis meis. Solus Hieronymus admonuit de *Eloim*, caeteri omnes, tum Graeci, tum Latini legunt *ab angelis*.  
 25 Cum his consentit Thomas, nisi quod addit distinctionem de corpore et anima Christi. Id quoniam habebat peculiare, nominatim illius feci mentionem. Quid enim magni erat, si dixissem Fabrum hic dissentire a Thoma, vbi dissentit ab omnibus orthodoxis, imo ab ipso Paulo, quem putat huius autorem epistolæ, et a publica ecclesiæ lectione tot seculis recepta comprobataque?

Quarto loco, sic mecum argumentatur, quasi iam constaret ac definitum esset legendum *a Deo*, non *ab angelis*, cum id versetur in quaestione, imo maxime ver-  
 30 tatur in dubium, quod ille veluti certum et confessum assumit, an legendum sit *a Deo*, quod semel duntaxat annotauit Hieronymus et vnus et paucis verbis, nec improbans tamen receptam lectionem, et aliis locis adducens hunc psalmum  
 35 iuxta id quod nos vulgo legimus.

Quinto loco, velut impie dictum reiicit ac refutat quod obiter scripserim, id quod in psalmo legitur, *minuisti eum paulo minus ab angelis*, de homine assumpto intelligendum, perinde quasi his verbis distraxerim Christi hypostasim aut quasi  
 40 Christi vocabulum pro vna duntaxat natura vsurparim, cum nihil tale sermo meus habeat, qui neque a Latinae linguae consuetudine, nec a veterum scriptis, nec a sacris literis abhorret, nisi palam calumniari velis. Quod diminutus dicitur Christus, vtique pertinet ad naturam humanam assumptam, iuxta quam diminutus est. Et tamen ostendo ex superuacuo non absurde aliquid posse enunciari de altera naturarum quæ sunt in Christo. Sed hæc copiosius disseruntur in apologia,  
 45 nam paucis annotari non possunt.

Sexto, quod ille velut absurdum execratur, Christi vocabulum pro vna accipi natura, demonstro recte accipi iuxta vulgatam scholarum opinionem, nempe pro diuina vnita humanæ, etiamsi negem id a me factum, idque doceo clarissimis  
 50 argumentis.

Septimo, quod ille toties infulcit, homo assumptus fuit imminutus a Deo, constat Fabri sermonem esse, non meum.

Octauo, quod diximus Christum non solum infra angelos descendisse sed *infra abiectissimos etiam homines*, Faber atrociter eum sermonem refutat, *tanquam impium et Christo Deoque indignissimum, tanquam Spiritui aduersantem et literæ*

55 *quae occidit adhaerentem*, tanquam prophetae repugnantem, cum ego multis modis demonstrarem hunc sermonem cum primis esse pium, concinentem oraculis

- 12–13 *scrupulum ... obstrepere* I.e., the problem that Jesus, who had been humiliated so deeply, was said to have been humiliated only a little, cf. the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 562–567: ... *palam explicem in hoc esse scrupulum quomodo Filius Dei dici possit paululum imminutus a Deo, quum humanae naturae cuius assumptione diminutus dicitur ad diuinam assumptentem nulla sit proportio, aut quomodo paululum imminutus ab angelis, quum non mediocre sit interuallum inter angelos immortales et carnem morti obnoxiam iuxta quam Christus dicitur excinansisse se.*
- 13 *Eumque conor amoliri* Erasmus had tried to solve the problem in his note on *Hebr. 2, 7* in the *Nov. Instr.* by proposing to interpret βραχυότι as an adjunct of time instead of as an indication of the degree to which Jesus had been humiliated; see appendix III, ll. 29–31.
- 14–15 *is ... angelis* If βραχυότι is taken to refer to distance and dignity, as Lefèvre took it, it is more problematic to say that Jesus was humiliated only a little below God, than that he was humiliated only a little below the angels.
- 16–17 *Deinde ... defensionem* Erasmus is referring to Lefèvre's own description of his *disputatio* as a *propheticae intelligentiae defensio*; see appendix IV l. 33. For Erasmus' opinion on this, see the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 332–348 and nn. By "prophetica intelligentia", Lefèvre has in mind the "meaning of *Ps. 8, 6a* according to its author, the prophet David".
- 22–29 *Deinde ... comprobataque* This section summarizes the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 369–410.
- 22 *dixeram ... dissentire* Erasmus observed this in his note on *Hebr. 2, 7* in the *Nov. Instr.*, see appendix III, ll. 19–20.
- 23–24 *Hieronymus ... Eloim Hier. Comm. in Ps., ad 8, 6, CCSL 72*, ed. P. Antin, Turnhout, 1959, p. 191.
- 25–26 *Cum ... Christi S. Thomae Aquinatis ... Super Epistolas S. Pauli Lectura*, vol. II, ed. P. Raphaelis Cai, Turin and Rome, 1953, pp. 361–362.
- 30–31 *sic ... angelis* Erasmus is referring to Lefèvre's formulation in his *disputatio*, see appendix IV, ll. 6–11. Cf. the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 479–526.
- 32–35 *quod ... legimus* Erasmus also deals with this in the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 527–546.
- 36–39 *velut ... usurparim* Erasmus is referring to Lefèvre's wording in his *disputatio*, see appendix IV, ll. 95–97 and 116–119: ... *quod dicitur, etenim si de assumpto homine intelligas, quemadmodum necesse est, refutamus. Nam neque de assumpto homine intelligimus neque intelligi necesse est, sed intelligimus de Christo Domino qui est Filius Dei ... Si igitur in illo Psalmorum loco Filium hominis et id quod ipsum refert, intelligeremus de homine assumpto et non de hypothesisi contra consuetudinem diuinarum scripturarum et intelligentiam Spiritus, irrationabiliter faceremus, quod nequaquam est admittendum.* Erasmus reacts more extensively to this in the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 615–647.
- 43–45 *ostendo ... possunt* Erasmus deals with this subject in the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 586–594.
- 46–47 *quod ... natura* Erasmus refers to Lefèvre's *disputatio*, see appendix IV, ll. 110–115.
- 47–49 *demonstro ... argumentis* I.e., in the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 586–594.
- 50 *quod ... Deo* Erasmus refers to Lefèvre's awkward wording in his *disputatio*, appendix IV, ll. 121–122.
- 51 *constat ... meum* Erasmus deals with this blunder of Lefèvre more extensively in the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 715–722.
- 52–55 *quod ... repugnantem* Erasmus reacts at great length to this accusation of Lefèvre in the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 749–773, ll. 783–790, and ll. 1731–1738.
- 52–53 *diximus ... homines* Erasmus wrote this in the note on *Hebr. 2, 7* in his *Nov. Instr.*, see appendix III, ll. 22–24.
- 53 *Faber ... refutat* I.e., in his *disputatio*, see appendix IV, ll. 120–148.
- 53–55 *tanquam ... repugnantem* See Lefèvre's *disputatio, ibid.*, ll. 132–137.
- 55–56 *cum ... pium* Erasmus argued this in his note on *Hebr. 2, 7* in the *Nov. Instr.* appendix III, ll. 24–26 and in the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 774–782 and ll. 825–870.
- 56–57 *concinentem oraculis prophetarum* Erasmus is thinking of *Ps. 21, 7*: "ego autem sum vermis et non homo, opprobrium hominum et abiectio plebis", quoted in his note on *Hebr. 2, 7* in the *Nov. Instr.*, see appendix III, ll. 24–26. In his *Apolog. ad Fabr. Stap.*, l. 778, Erasmus also refers to Isaiah for this image of the earthly Jesus, probably meaning *Is. 50, 6* or *Is. 52, 14* or *Is. 53*.

prophetarum, congruentem cum interpretatione orthodoxorum, cum primis consentientem cum verbis Pauli. Praesertim si modum deiectionis aestimemus non iuxta naturam hominis assumptam duntaxat, verum etiam iuxta naturae corruptae iniurias plerasque, potissimum autem iuxta speciem hominis nocentis quam nostra causa gessit ad tempus iuxta quam crucifixus est inter duos facinorosos, velut et ipse damnatus ob scelera sua. Nam iuxta hunc sensum potissimum placet Ambrosio intelligi quod ad Philippenses scribit Paulus, *exinaniuit semetipsum*, et caetera.

65 Nono, quod inibi ratiocinatur Faber, si propter naturam humanam assumptam paulum est imminutus a Deo, cum Deus esse perseuerarit, non consistit abiectum fuisse infra abiectissimos homines, palam est omnibus non agere Fabrum dialectice, dum assumit aduersum me βραχύ τι hic referri ad modum dignitatis, vt opponatur 'multum', cum ego doceam referri ad tempus, vt  
70 opponatur 'diu'. Neque pugnant 'plurimum esse diminutum' et 'paulisper esse diminutum'.

Decimo, quod in calce huius particulae adiicit me intendere hunc esse sensum prophetae, Christum non paulum fuisse imminutum ab angelis ac tanto minus a Deo, et ex his consequi multo magis a Deo diminutum si multum fuit diminutus ab angelis, atque ita denique prophetae sensum vtroque modo subruui, siue legamus a Deo, siue legamus ab angelis, satis opinor ex superioribus liquet hoc illi non sine causa, verumetiam sine mente in me dictum esse. Eiusdem farinae est illa clausula, *quare hic sermo seipsum elidit et falsum esse omni ex parte manifestat*. Nulla enim pugna in meo sermone, sed in iis quae Faber ex sese comminiscitur, tota haec pugna est.

Porro, quod undecimo loco subiicit non consistere sermonem quo scribo Christum ne ab angelis quidem paululum fuisse diminutum, qui ad mortem vsque crucis descenderit, nemo non videt ita dictum, vt aut ipse non perpenderit quid diceret aut amicum voluerit irridere. *Si non ab angelis*, inquit, *paulum quidem fuit diminutus, quomodo approbatur in propheta legendum esse minuisti eum paulominus ab angelis? Pugnantne paulominus et non paulominus, paululum et non paululum?* Non animaduertit Faber hanc enunciationem, *ne ab angelis quidem paululum fuit diminutus*, affirmatiuam esse, non negatiuam, quae significat *diminutum*, sed non paulum, imo multum. Secus esset si dixissem: 'ne paululum quidem fuit diminutus'. Liquet igitur nihil hic esse quod secum pugnet.

Duodecimo loco, quae nos adduximus e Psalmis, *ego sum vermis et non homo*, similiaque Christi testantia humilitatem, negat vere in Christum competere, sed tantum iuxta aestimationem impiorum. Atqui cum interprete Augustino, imo veteribus omnibus haec Christo tribuantur ob humanam naturam assumptam et naturae nostrae iniurias, postremo ob afflictiones, quas vt homo nocens perpeusus est, ne haec quidem in illum vere competent. Imo quia Christi humiliatio nobis humilitatis exemplum praescribit, opinor magis conuenire vt hoc exemplum vt summum ita verissimum esse credamus. Quod si appellatio *vermis* et in membra Christi competit, non statim consequitur in ipsum non competere.

100 Decimo tertio, quod adducit Mariam, matrem Iesu, dilectum discipulum, Magdalenam ac reliquas multa compassione fleuisse Christum, magis pro me facit. Etenim si nihil in illo erat non magnificum ac felix, quid super illo flebant?

105 Decimoquarto, quod rogat qui conueniat eum dici *vermem*, qui sit *primogenitus omnis creaturae* et superior est omnibus creaturis, vicissim eum rogabo, qui conuenerit olim Christum dici Deum et hominem, mortalem et immortalem, Filium hominis et Filium Dei, mortuum et viuum? Quis enim non videt diuersissima in eundem competere ob naturarum diuersitatem, quas eadem hypostasis complectitur.

110 Decimoquinto, quod dicit Iesum ita fuisse hominem vt omnium maxime vere fuerit homo, nihil ad me pertinet. Mihi satis est quod ipse sese vocat *non hominem*. Neque enim quisquam ita insanit vt accipiat illum non fuisse vere hominem, sed quemadmodum quae contemptissima sunt, dicuntur non esse, ita delectissimos homines non homines dicimus. Porro an Christus magis fuerit

- 57 *congruentem ... orthodoxorum* See Erasmus' note on *Hebr.* 2, 7 in the *Nov. Instr.*, appendix III, ll. 29–32, where Erasmus mentions Chrysostom and Theophylact as authors who took βραχὺ τῆ in *Hebr.* 2, 7, as an adjunct of time.
- 58 *consentientem ... Pauli* The reference is to *Hebr.* 2, 7b–8, see appendix III, ll. 33–36 and nn.
- 62–64 *iuxta ... semetipsum* Cf. the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 774–777: *Equidem illud arbitrabor ad Christi gloriam pertinere si illius humilitatem quam sponte nostra causa subiit quam maxime exaggerassem, praesertim quum Paulus ausus sit dicere: exinaniuit semetipsum et a propheta vermis siue, vt quidam vertunt, quorum est Ambrosius, scarabeus appelleretur. ...* For the reference to Ambrose, see Ambr., *Expos. eu. Lc. X*, II3, CSEL 32, 4, ed. C. Schenkel, Prague, Vienna and Leipzig, 1902, p. 498, ll. 2–3: “vermis in cruce, scarabaeus in cruce. et bonus vermis, qui haesit in ligno, bonus scarabaeus, qui clamauit e ligno.” (Cf. *ibid.*, ll. 4–14). Ambrose also calls Jesus a *scarabaeus* in *Expos. Ps. CXVIII*, 3, 8, CSEL 62, ed. M. Petschenig, Vienna and Leipzig, 1913, p. 45, l. 23.
- 63–64 *exinaniuit semetipsum* *Phil.* 2, 7. *Vg.*: “... semetipsum exinaniuit ...”
- 65–67 *quod ... homines* Erasmus is referring to Lefèvre's *disputatio*, see appendix IV, ll. 128–132.
- 66 *consistit* “it applies”, “it is applicable”; cf. H.J. de Jonge in *ASD IX*, 1, p. 89, n. l. 573; p. 153, n. l. 797; p. 197, n. l. 549; p. 217, n. l. 860.
- 68–71 *assumit ... diminutum* See appendix IV, ll. 149–154. For a more detailed reaction on this, see the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 1421–1435.
- 72–76 *quod ... angelis* See appendix IV, ll. 137–147. Cf. the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 1378–1409.
- 77 *non sine causa* In *BAS* this phrase has been corrected to “non modo sine causa”.
- 78–79 *quare ... manifestat* Appendix IV, ll. 147–148. Erasmus himself adduced this very sentence against Lefèvre in the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 1408–1409.
- 81 *consistere* See n. l. 66.
- 84–87 *Si ... paululum* Appendix IV, ll. 149–154.
- 91–93 *quae ... impiorum* Appendix IV, ll. 161–179. Cf. the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 1320–1329.
- 93 *interprete Augustino* Erasmus quotes Augustine more extensively in support of his own conviction that Jesus was humiliated and suffered in his incarnation, in his *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 901–911.
- 100–101 *quod ... Christum* See Lefèvre's *disputatio*, appendix IV, ll. 189–191. Erasmus also reacts to this in the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 1101–1108.
- 103–104 *eum ... creaturis* See appendix IV, ll. 194–197.
- 103–104 *primogenitus ... creaturae* *Col.* 1, 15.
- 106–108 *diuersissima ... complectitur* For Erasmus' discussion of this subject, see the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 797–911.
- 109–110 *quod ... homo* Appendix IV, ll. 197–198. Erasmus gave his opinion about this statement of Lefèvre more clearly in the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 1054–1062.
- 110–111 *ipse ... hominem* I.e., in *Ps.* 8, 6.

homo quam caeteri, dialecticis disputandum relinquo. Ego vt summum hominem fuisse profiteor, ita non ausim affirmare maxime omnium fuisse hominem.

Decimosexto, quod Christus, vt ait in euangelio, non asscribit sibi nomen verm<sup>is</sup>, sed ea potius quae sunt dignitatis, primum mihi satis est quod se in propheta *vermem* dixerit. Neque vero quae in sacris literis testantur Christi dignitatem, derogant illius assumptae humilitati, vt neque retrorsum quae declarant humilitatem, derogant celsitudini.

Decimoseptimo, negat Christum verm<sup>em</sup> dici posse, quod terrenus non sit sed iuxta Paulum caelestis. Imo et caelestis erat et terrenus. Iuxta illud dicitur Filius Dei, iuxta hoc Filius hominis, siue Adae. Porro quod addit de proportione identitatis aut aequalitatis, an vlla talis sit, ipse viderit. Sed si hanc solum ponit in Christo, non erit vilo pacto imminutus a Deo, quod tamen fatetur Faber. Quod si iuxta assumptam naturam dicitur inferior Deo Patre, proferat ille si quam nouit proportionem inter creatorem et rem creatam.

Decimo octauo, quod ratiocinatur et seraphim ad Deitatem collatos vermes dici posse, nihil ad me pertinet. Neque vero sic argumentor, inter hominem et Deum nulla est proportio, igitur homo verm<sup>is</sup> est. Verum ita colligo, Christus se verm<sup>em</sup> dicit et non hominem, opprobrium et reiectamentum plebis, igitur non fuit paululum ab angelis diminutus, sed plurimum, etiam infra vulgus hominum.

Decimonono, quaestionem mouet an ob iniurias susceptas Christus fuerit *in se* diminutus. Exponat quid dicat *in se* et nihil fuerit negotiū illi respondere. Neque ratio vetat Christum, quo plura passus est, hoc merito fuisse maiorem et tamen interim vere humiliatum. Vt dissimulem hic quod me facit *aduersarium* suum, qui pro ipso faciam, quod meum sermonem coniungit cum opinione Iudaeorum, qua Christus multum fuit diminutus, quod periculum denunciat si meis dictis pertinaciter haererem. Ego vero mea facile recantabo, si prior recantet Paulus quod scripsit, *exinaniuit semetipsum*.

Vigesimo loco, negat mortem Christi dicendam humiliationem, sed magis *exaltationem*, cum ipse dicat: *cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me*. Eadem ratione latrones poterant dici exaltati. Imo Paulus ipse Christi passionem diminutionem interpretatur in hac ipsa epistola, exaltationem resurrectionis et immortalitatis gloriam. Atque hoc loco videtur sibi parum constare Faber. Cum enim omnibus machinis hoc agat Faber ne Christus dicatur vere humiliatus fuisse, sic concludit passionem illius non vocandam humiliationem in malam notam. Fatetur igitur esse humiliationem in bonam notam, atqui in optimam notam nos illi tribuimus. Quis enim aliter tribuat Christo nisi prorsus impius?

Vigesimo primo, ait Christum cum ista pateretur, nihilo secius fuisse regem angelorum, velut absurdum sit dicere illum humiliatum infra angelos, qui rex sit angelorum. Atqui ea ratione non fuit inferior Deo, cum fuerit Deus. Et tamen hoc certe dat Faber.

Vigesimo secundo, sic ait: *verum haec omnia pro nobis miseris iuxta oracula pati debebat, et videri admirandus supra omnes et videri abiectus et humiliatus*, nimirum innuens non humiliari qui immeritus affligitur, imo hoc magis se deiecit quo



magis innoxius pro indignis ea pati voluit. Et, ni fallor, sicut vere visus est admirandus, ita vere visus est abiectus et humiliatus, non simpliciter, sed, quod mihi satis est, aliquo modo.

160 Vigesimo tercio, quod proponit de martyribus, pro me facit. Humiliantur illi cum ceruicem praebent lictori, exaltantur gloriosae mortis tum memoria, tum praemio.

Vigesimo quarto, negat βραχύ τι ad temporis modum posse referri, quo Christus versatus est in terris, cum eum mox iubeantur adorare omnes angeli. Mirum  
165 vero, si iubentur adorare qui Deus est. Nec tamen ideo consequitur non aliqua parte fuisse inferiorem qui fuerit mortalis, cum illi sint immortales.

Vigesimo quinto, fortiter negat apud Hebraeos 'meat' sonare spatium temporis, sed quantitatis siue magnitudinis, et locis aliquot productis putat se rem factam habere. Quasi vero consequatur, vt si 'meat' alicubi sit vsurpatum apud  
170 Hebraeos vt non declaret breuitatem temporis, non possit vsquam ad temporis significationem accomodari. Certe psalmo tricesimo sexto, *adhuc pusillum et non erit peccator*, Hebraeis est *meat*. Item psalmo centesimo octauo, *Fiant dies eius pauci*, rursus est *meatim*. Rursum psalmo secundo, *cum exarserit in breui ira eius*, est *bimeat*. Nec dubito quin centum loca produci queant, si quis hoc agat. Vide  
175 quid est, rem dubiam vt exploratam asseuerare.

Vigesimo sexto, quis non videt praeceptionem nihil ad rem pertinere qua docet haec vocabula, 'multum' ac 'parum' similiaque quoties iunguntur vocabulis auctorem diminutionemue designantibus, nequaquam solere significare tempus, sed *paulominus* adiungitur verbo *minuisti*. Non enim hic agitur rectene verterit  
180 Latinus interpres, sed quid Graeca vox βραχύ τι declaret. Quis enim Latinus

116-117 *quod ... dignitatis* See appendix IV, ll. 199-209. Cf. n. ll. 106-108.

118 *vermem* Ps. 21, 7.

121-122 *negat ... Paulum caelestis* See appendix IV, ll. 223-227.

123 *addit* I.e., Lefèvre.

123-124 *addit ... aequalitatis* See appendix IV, ll. 240-241. For Erasmus' reaction to this phrase of Lefèvre, see the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 1163-1205.

128-129 *ratiocinatur ... posse* See appendix IV, ll. 238-239. For Erasmus' opinion about this, see the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 1151-1162.

131 *vermem ... plebis* Ps. 21, 7.

133-134 *quaestionem ... diminutus* See appendix IV, ll. 246-247.

136 *me ... aduersarium* See appendix IV, ll. 248-249. Cf. the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, l. 342 and n.

137 *meum ... Iudaeorum* See appendix IV, ll. 247-249: ... *non negem Christum Dominum multum abiectum et diminutum Iudaeorum opinione et aduersarii sermone* ... See further the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 960-962; ll. 1000-1007; ll. 1076-1079 and ll. 1325-1332.

138-139 *periculum ... haererem* See appendix IV, ll. 248-250.

141-142 *negat ... me* See appendix IV, ll. 252-254. Cf. the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 969-983.

145-148 *Cum ... notam* See appendix IV, ll. 253-254. Cf. the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 1333-1342.

150-152 *ait ... angelorum* See appendix IV, ll. 254-255.

154-155 *sic ... humiliatus* See appendix IV, ll. 257-258.

160 *proponit de martyribus* See appendix IV, ll. 264-268. Cf. the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 936-959.

163-164 *negat ... angeli* See appendix IV, ll. 284-286.

167-169 *fortiter ... habere* See appendix IV, ll. 293-308. Cf. the *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ll. 1578-1612.

171-172 *adhuc ... peccator* Ps. 36, 10.

172-173 *Fiant ... pauci* Ps. 108, 8.

173 *cum ... eius* Ps. 2, 13.

177-179 *docet ... minuisti* See appendix IV, ll. 308-311.

vnquam dixit 'paulominus' pro 'paululum'? Quod magis sonat 'propemodum'. Quod si βραχύ τι Graecis ad tempus pertinet, non vertendum erat 'paulominus' aut 'paululum', sed 'paulisper'. Neque quicquam vetat ita loqui, 'paulisper auxisti rem meam', 'paulisper deiectus fuisti'.

185 Vigesimo septimo, conatur et Graecorum autoritate probare βραχύ τι non posse ad tempus referri, quod Eustathius, Homeri interpres, de talentis loquens βραχύ τι dixerit, non tempus indicans sed magnitudinem aut aestimationem. Primum plus tribuendum arbitror Athanasio, Chrysostomo, Origeni, viris vsque ad eloquentiae miraculum Graece peritis, quam Eustathio, alienorum commentario-  
190 rum rhapsodo. Ad haec qui consequitur: 'Eustathius βραχύ τι accommodauit ad magnitudinem, igitur non potest ad temporis modum pertinere'? Vt quoniam 'breuem fustem' dicimus, non liceat dicere 'breue tempus'.

